¶ Intra corp⁹ vero ſumpta pernicioſa ẽ. nõ F

ſolum hominibꝰ ſed pluribꝰ beſtiaꝝ ſm̄ com-
plexionem tertiū eſt gradus calefacientium
incipientis primi vero ſiccantium.



## Capitulum.cccxx.

Liuarū arbor. Gal.li.ij. de cibis ca.
o de oliuis. Oliue paucū oīno alimē-
tū dant corpori. ⁊ maxime q̄ ſunt ma
ture. Comedunt aūt hoīes has cū pane qui
dem magis. ſine aūt pane alinadas ⁊ kolomi
adas ſic vocatas grā ſubductiōis ventris.
Cum garo autem ante cibum. ſic autem que
ſunt mature in arbore plurimū vnctuoſum
ſicce ſtipticū chimum habent. ꝓpter qđ ⁊ ro
borant ſtomachū. excitāt appetitū q̄ idonee
ſime autē ad hec ſunt: q̄ cum aceto repoſite.
Multipliciter aūt ipa ꝑparāt q̄ ſtuduerunt
circa pulmētariā expientiā. Sera.li. aggre.
ca. Cabit. i. oliuaꝝ. Oliuaꝝ quedā eſt dome
ſtica: quedā ſiluestris: q̄ grece vocatur agrie-
lear. Et idem aucto. Gal. ſim. far. Oliuarum
domeſticaꝝ folia ⁊ cime qn̄ ſunt humida ha-
bent ſaporē ſtipticū. ⁊ virtus eaꝝ prima eſt q̄
infrigidat ea quantitate qua ſunt ſtiptice. Et
idem aucto. Dyaſco. Uirtus folioꝝ dome-
ſtice aſſimilat̄ virtuti folioꝝ agreſtis. niſi qꝛ
foliorum domeſtice eſt debilior. ⁊ ſunt conue
nientiora oculo q̄ agreſtis.

## Operationes

¶ Et idem Sera. Agreſtium oliuarum folia A
ſunt ſtiptica qn̄ piſcant̄. ⁊ fit inde emplaſtrū
ſup heriſipilā ⁊ ꝯfert: neq̄ ſinit ipam augere.
¶ Et cōfert formice ⁊ vlceribꝰ que noiantur B
antrax. ⁊ vlceribꝰ fraudulētis ⁊ panaritio.
¶ Et qn̄ fit ex eis emplaſtrū cū melle occidit C
aſcarides. ⁊ cōfert apoſtemati qđ noiat̄ duo
vlcera ⁊ apoſtematibꝰ calidis. ⁊ facit adhere
re cutim capitis qn̄ ſeparat̄ ab oſſe. ⁊ qn̄ ma-
ſticatur cōfert vlceribꝰ oris ⁊ alcole.
¶ Et qn̄ ex eis fit emplaſtrū cū farina ordei. D
ꝯfert fluxui ventrꝭ antiq̄ ⁊ humiditatibꝰ an-
tiq̄s que a matricē emanant. ⁊ fluxui ſangui-
nis. ¶ Et ſanat eminentiā oculi. ⁊ ꝯfert vlceri E
bus eiꝰ q̄ noiant̄ alcaralia ⁊ alijs vlceribꝰ.
¶ Et ꝯfert fluxui humiditatum antiquaꝝ ad F
oculū. ⁊ ideo ponunt̄ in rob q̄ adminiſtratur
corroſioni palpebraꝝ. ¶ Et ꝯfert auribꝰ ex q̄ G
bus fluit ſanies: ⁊ auribꝰ vlceratis. ¶ Et qn̄ H
volueris extrahere ſuccū ipoꝝ tere ea: ⁊ in pi
ſcatione aſperge ſup ea vinū vel aquā. ⁊ po-
ſtea exprime ⁊ deſicca expreſſurā in ſole. ⁊ fa
cit trociſcos. ⁊ qn̄ fit cū vino eſt fortior q̄ cū
aqua. ⁊ melior ad reponendū. ⁊ ꝯfert ſaniei au
rium. ¶ Et iā quidē cōburunt̄ folia ipa cū flo I
re. ⁊ ponit̄ cinis loco tutie. ⁊ fit in hūc modū.
Ponunt̄ in olla terrea cruda. ⁊ obturatur os
eius. ⁊ dimittit̄ in fornace donec illa coquat̄.
Deinde proijce ſup ea vinū quouſq̄ infrigi-
detur. ⁊ confice ſimul. et iterum cōbure ſicut
prius: et poſtea laua ſicut lauat̄ ceruſa: et fac
trociſcos. ⁊ creditur qꝛ quando cōburūtur i
hunc modū non eſt eius virtus minor virtu
te tucie in iuuamento oculi. ⁊ ideo cōceditur
qꝛ virtus huius ſit ſicut virtus illius.
¶ Et idem auctor. Galie. vi. ſim. far. Fructꝰ K
eius qn̄ eſt maturꝰ cōplete eſt calidus calidi
tate temperata. ⁊ q̄ ex eo eſt immaturꝰ eſt fri
gidior ⁊ ſtipticior. ¶ Galie. .ij. de cibis. ca. de L
oliuis. Oliue paucū oīno alimētū dāt corpo
ri. ⁊ maxime q̄ ſunt mature. comedūt aūt ho
mines has cū pane q̄dē magꝭ. ſine autē pane
alinadas ⁊ koliuiadas ſic vocatas grā ſub-
ductionis ventrꝭ. Cū garo aūt ante cibū. ſic
aūt q̄ ſunt mature in arbore plurimū vnctuo
ſum. ſicce ſtipticū chimū habent. ꝓpter qđ et
roborāt ſtomachū: excitāt appetitū. idonee
ſime aūt ad hec ſunt que cum aceto repoſite.
Multipliciter aūt iſta ꝑparant q̄ ſtuduerūt M
circa pulmentariā experientiā. ¶ Almanſor
tractatu tertio ca. de oliuis. Oliue de aqua
calide ſunt ⁊ ſicce cōplexiōis. que ſi ante ci-
bum ſcꝫ comedant̄ ventrē mouēt. ⁊ os ſtoma

ebi robuſtū reddūt. Oliue aūt de oleo calidi
ores ſunt. que ⁊ os ſtomachi minus corrobo
rant ac ventrem nimis fluere faciunt.



# Capitulum.cccxxi.

O Leum oliuarum. Sera. aucto. Gal.
Oleum qđ ſumit᷑ ex oliuis maturis
quoddā eſt nouū. quoddā eſt vetus.
Eius ꝟo qđ eſt nouū calefacit calefactiōe tē
perata ⁊ humectat. ſed vet⁹ ex eo calidi⁹ eſt ⁊
magis reſolutiuū. ſed illud qđ accipit᷑ ex oli
uis recentibꝫ immaturis dicit᷑ oleū expenſarū.
⁊ eſt oleum onſancinū. Et in nouo aliq̄ exiſtit
ex eo de frigiditate quātitas que eſt in eo de
ſtipticitate. Et vetus ex eo dum in ipſo pſeſ
uerat ſtipticitas eſt virtutis deſiccatiue: do
nec ſtipticitas recedat ab eo. q᷑ tūc fit ſimile
qđ oleo accipit᷑ ab oliuis in ſumitatibꝫ. ſimi
le ē ⁊ ꝓpinquū i ꝟtute oleo expenſarꝫ. ⁊ vniuer
ſaliter pone cōſiderationē tuam in omī oleo
quod guſtabis. q᷑ eadē quātitas quā in eo in
uenies de ſtipticitate eſt ibi de frigiditate. et
ſi nō inuenies in eo ſtipticitatē oīno: ſed inue
nies ipm̄ delectabile vere delectationis dic
ipm̄ calidum cū temperamēto. ⁊ ſi tu inuenies
eſ cū hoc ipm̄ ſubtile. ⁊ illud qđ eſt clar uꝫ de
quo ſi accipias parꝫ: ⁊ ponis ipm̄ ſupra mem
brū. vel corpus extēdit᷑ ſupra corp⁹ ⁊ dilatat
multū abſq; eo qđ imbibit᷑ in eo ⁊ abſcindit᷑.
ſcias q᷑ illud eſt bonū valde. ⁊ bonitas q̄ con
uenit oleo eſt in ipo. ⁊ quando abluitur oleū
non mordicat.

## Operationes

¶ Auicen. Oleum qñq; exꝓmit᷑ ex oliuis im A
maturis. ⁊ dicit᷑ onſancinū qñq; ex maturis:
qñq; ex rubeis inter illas medijs. Et huius
operatio eſt inter illas duas res. Item qñq;
exprimitur ex oliuis domeſticis: qñq; ex ſil
ueſtribus que mordicant linguam.
¶ Onſancinū frigidū eſt et ſiccum in primo. B
Oleum autē de oliuis vltimo maturꝫ calidū
eſt cōmenſurate: ⁊ declinat ad humiditatem.
Omnes autem eius ſpecies corpora confor
tant. Motum alleuiant extinctiue ſunt.
¶ Oleum oliuarum ſilueſtrium eſt ſicut oleū C
roſarum in plurimis intentionibus. Conſer
uat capillos: ⁊ prohibet velocitatem canicici
cum amminiſtratur omni die.
¶ Cōfert gingiue ſanguinee calluēdo os ex D
eo. Confirmatq; dentes motos. Itē expreſ
ſum de oliuis ſilueſtribꝫ immaturis confert
vlceribus humidis ⁊ ſiccis ⁊ ſcabiei.
¶ Dyaſcorides. Oleum qđ fit ex oliuis non E
bene maturis eſt oleū expenſarū. ⁊ eſt conue
niens ſanis. ⁊ proprie illud quod eſt nouū ex
eis ſine putrefactione boni odoris. et ex illo
qđ eſt huiuſmodi fiunt olea aromatica. ⁊ eſt
bonū ſtomacho ꝓpter ſtipticitatē que eſt in
eo. ⁊ reſtringit gingiuas ⁊ confortat dentes
quando tenetur in ore: ⁊ ꝓhibet ſudorem.
¶ Et oleum vetus oliuarum maturarū cōue F
nit in medicinis. et omēs ſpecies olei ſunt le
nientes corpus. ⁊ ꝓhibent aduentum frigorꝫ
corpori: ⁊ faciunt ipm̄ abilem ad motū ⁊ mol
liunt ventrem. ⁊ debilitant virtutem medici
narum vulnerantium.
¶ Et datur in potu contra medicinas morti G
feras vt euomatur cum eis. ⁊ fit cum hoc aſ
ſidue quando bibuntur ex eo. Z. ix. cum tan
tundem aque ordei vel aque calide laxāt ven
trem. et quando decoquuntur cum ruta ⁊ bi
buntur ex eo calido. Z. ix. cōfert torſiōi ven
tris ⁊ expellit lumbricos.
¶ Et qñ fit cū eo criſtere ꝯfert colice q̄ fit ab H
apoſtemate interiori: ⁊ opilatiōe q̄ fit a ſter
core duro. ⁊ antiquū ex eo eſt calidius. et pl⁹
reſolutiuū. ⁊ fit cum eo cohol ad acuendum
viſuꝫ. ⁊ ſi non habes ⁊ neceſſario indiges eo.
coque ipm̄ donec fiat ſicut mel ⁊ vtere. ⁊ vir
tus eius eſt ſicut virtus veteris.
¶ Et oleum oliuarū ſilueſtriū eſt ſtipticū. in I

iuuamentū ei⁹ eſt i medicina min⁹ iuuamēto
ſupradicti olei. ꝛ iuuamētū ei⁹ eſt ſic iuuamē
tū olei roſaꝝ. ꝛ ſtringit ſudorē ꝛ ꝓhibet caſuꝫ
piloꝝ: ꝛ purgat furfures capitꝭ: ꝛ ꝯfert ſcabi-
ei ꝛ porꝭ. ꝛ ꝓhibꝫ canos qn̄ ex eo fit collutio
oris valet ad apoſtemata gingiuaꝝ. ꝛ cōfert
K dentibꝰ cōmotis. ¶ Et iam ꝑparant̄ ex ea epi
thimata ad gingiuas qn̄ humores currūt ad
eas. ꝛ oportet ꝙ accipiat̄ lana ꝛ inuoluat̄ ſu-
pra ſtilum ꝛ madefiat in oleo feruenti ꝛ pona
tur ſup gingiuas ſepe donec albeſcant.



## Capitulum.cccxxij.

Libanum grece ꝛ latine vel thus. a-
9 rabice Konder. Sera. lib. aggre. ca.
Konder auctori. Dyaſ. Eſt gūmi ex
canchi ſiue Karech. Et ſunt ei⁹ ſpecies q̄tuo
or. Una eſt melior: ꝛ ē ex terra indie. cui⁹ co-
lor ē ſmaragdin⁹: ꝛ ſicut color melōgie. ꝛ col
ligit̄ in cocbijs. ꝛ figura eius eſt rotūda. ꝛ fra
ctura ei⁹ eſt anguloſa. ꝛ ponūt illud hoīes in
olla terrea. ꝛ agitant ollā tādiu donec figura
eius rotundat̄. Et poſt temp⁹ fit rubeū. ꝛ ſe-
cundū eſt ex terris arabū. ꝛ eſt ſecundū in bo
nitate. ꝛ meli⁹ ex eo eſt maſculū. ꝛ eſt illud qḋ
eſt rotundū album. ꝛ nō facile frangibile. Et
qn̄ frangit̄ qḋ eſt inter⁹ eius eſt tenax. et qn̄
fit fumigatio cū eo cōburitur cito. ꝛ tertiū
eſt in bonitate ſicut arabicū. et eſt būs fruſta
minora ꝙ ipm̄: ꝛ declinat plus ad colorē ac
ri. Et quartū eſt de colore albo. et qn̄ frangit̄
vergit color eius ad colorē maſticis. Idē au-
cto. Galieni. Sapor olibani eſt ſtipticus ſti
pticitate multa. Verū albū ex eo nō habꝫ ſti
pticitatē manifeſtā. Uirtus eius eſt ꝙ calefa
cit in ſcd̄o gra. et deſiccat in ꝑmo. vñ eſt ſti-
pticū. Dyaſcorides ca. de olibano. Thus vꝫ
olibanū lacrimus eſt arboris q̄ grece liban⁹
dicit̄. Qḋ aūt de arabia defert̄ candiduꝫ eſt.
qḋ vero de india rufum. ſed vtrūꝗ maſculuꝫ
eſt. Eſt tertiū gen⁹ minutū valde ꝛ rufum qḋ
māna thuris dr̄. Eſt ergo optimū thus quod
maſculū dr̄. ſubrufum ꝛ rotundū et pingue et
naturaliter leue ꝛ fragile. ꝛ qḋ ab igne cito in
cendit̄ odorē ſuauē copioſe emittens. Gale-
nus. vij. ſim. far. ca. de thure. Libanū. i. thus
calefactiuū quidē eſt in ſecūdo gra. ſiccatiuū
aūt in ꝑmo. Habet aūt qḋ ſtipticans paucū.
minime vero manifeſta eſt ſtipticitas in albo
ſm colorē. Cortex aūt ei⁹ ſtipticā virtutē ma
nifeſtaꝫ poſſidet. quocirca ſiccat generoſe vt
in ſcd̄o gradu ſiccatiuum exiſtat.

## Operationes

¶ Sera. auctori. Dyaſco. Abſtergit obſcuri A
tatē viſus. replet vlcera profunda ꝛ incarnat
ea. ꝛ ꝯſolidat vlcera recentia cū ſuo ſanguine
¶ Et qn̄ bibit̄ olibanū ꝯfert ſputo ſanguinis B
ꝛ abſcindit fluxū menſtruoꝝ et cuiuſcunꝗ
ſanguinis vndecūꝗ fluat: ꝛ ſanguinis q̄ flu-
it a cerebro qui dr̄ meſeba: ꝛ eſt ſpecies flux⁹
ſanguinis narū. ꝛ ꝓhibet vlcera fraudulēta
q̄ fiunt in ano ꝛ in alijs mēbris. Qn̄ miſcetur
cū lacte ꝛ fit inde licinium ꝛ adminiſtrat̄.
¶ Et qn̄ admiſcetur aceto ꝛ oleo. ꝛ fit linimē C
tum in principio formice. aufert eā. ꝛ impeti
ginem. ꝛ miſcetur cum adipe anſeris et porci
ꝛ curat vlcera fracta ab aduſtiōe ignis. ꝛ ſciſ
ſuras pedum que fiunt a frigore.
¶ Et qn̄ miſcetur cū pice curat cōcuſſionem D
aurium. Et qn̄ miſcetur cū vino dulci ꝛ diſtil
latur in aurem: confert dolori eius.
¶ Et quādo admiſcetur cū chimolea: et oleo E
roſarum. et liniuntur cum eo apoſtemata ca-
lida mamillarum que fiunt poſt partum. tūc
confert eis. et ipm̄ admiſcetur cū medicinis
conferentibus pulmoni et emplaſtris reſol-
uentibus apoſtemata interiora.
¶ Et qn̄ bibit̄ ꝯfert ſputo ſanguinis: ꝛ diſſolui F
tur flegma ꝛ aufert triſticiā: ꝛ auget mēoriā.
Et quādo bibunt de eo ſani parum melioꝝ

eos.ſed ſi nimis cū vino biberint inducit ma
niam.z amplius cū vino occidit. Et cōburi-
tur olibanū quando accipitur fruſtum ex eo.
z incenditur z inflāmatur.et ponitur in teſta
ſubtili z cōburitur.z quando comburis cum
oportet vt cooperias eum aliquo alio vaſe.
quia facit cum hoc q non incineratur.
b ¶Serapion auctoritate Galieni. Uirt⁹ fu-
mi olibani eſt calidior z ſiccior virtute oliba-
ni quouſqz reponatur ī tertio gradu.z abſter-
git z replet:z mūdificat vlcera oculi.quēad-
modum facit fumus myrre z ſtoracis.
D ¶Et idem aucto. Dyaſco. Fum⁹ olibani ſe-
dat apoſtemora oculi.z abſcindit curſuz hu-
miditatū ad ipm.z mūdificat vlcera ei⁹:z ge
nerat carnē in vlcerib⁹ ipſius q̄ dicunt chilo
mata:z ſedat apoſtemata que ſunt in eo ſque
dicuntur kankri. Fumus autē myrre z ſtora-
cis eodē modo colligit.z valet vt ſupra.
J ¶Et idem auctoritate Aben meſuay. Oliba
num deſtruit flegma z aufert triſticiam:z au
get memoriam. Auicenna de viribus cordis
dicit q confortat cor.



Capitulum.cccxxij.

o Popanax latine.ſz grece panax.era
clea. Arabice Jenſis vel Henſir. Iſi
dorus li.ethymologiaꝝ. Panax ē her
ba fragrantis odoris tyrſo ferule ſimilis:ex
qua pfluit ſuccus q̄ oppopanacis dicit:cro-
ceus z pinguis:odore grauis et amariſſim⁹.
¶Dyaſc. Eſt panax eraclea vnde opopanax
colligit. Hec habet folia expanſa ſup terrā:
horribilia z aſpera valde in q̄nqz ptes diuiſa.
virgam longā ſicut ferule coloris albi.et ſup
eam capitella aneto ſimilia cū flore mellino.
Semen odoratū z calidū.radicē vnā ſolidā
que de ſe multas emittit radices albas odo-
re graues z guſtu amaras. Ipaqz radix lacri
mū emittit qui colorē croceū oſtendit. ¶Se
rapio libro aggre.ca. Henſir.aucto.Dyaſco.
Arbor Jenſis vel henſir: id eſt opopanacis
planta in hortis z pomerijs inuenit.z ē plan-
ta habens folia aſpera ſicut ficus nō magna
z ſpanſa ſup terram viridia rotunda:z diuiſa
in q̄nqz ptes.ſilia folijs fic⁹ ī ſua ſilitudine.z
ſtipes ei⁹ eſt long⁹ ſilis ſtipiti galbani.alb⁹
ſuper quem ſunt pili albi ſimiles pulueri al-
bo.in cuius circuitu ſūt folia parua.z in ſū-
mitate eius ſunt capitella ſimilia capitellis
aneti.in quib⁹ ſunt flores croceum colorē ha
bentes:z habētes odorē bonū.z hab; ſemen
odoriferū.z habet radices multas egredien-
tes ab vna radice.grauis odoris. ſolida ſup
quā eſt cortex groſſus amari ſaporis. Qđ au
tē ex ſemine hui⁹ plante eſt mel⁹:eſt illud qđ
eſt ſup ſtipitem. ¶Auicē.li.ij.ca.de opopana
co. Opopanacū eſt arbor que nō eleuat a ter
ra.z ſimilatur ipſius folia folijs ficus. z ſunt
vehemētis viriditatis rubea incīſa. habētia
partes rotundas.z eius crus eſt ſicut cucu-
meris.ſup qđ ſunt pili puluerulenti. Et eius
folia ſunt parua valde.ſup cui⁹ extremitatē
eſt corona ſimilis corone aneti.z ei⁹ flos ē ci
trinus.z folia floris ſunt boni odorꝭ. et vene
ipſi⁹ ſūt plime.ramificant a radice vna.groſ-
ſum hñtes corticē.z interi⁹ odoris eſt graui
tas. Eius aūt gūma extrahit cū inciſiōe ſue
radicis in primis cum crus apparet.

## Operationes

¶Auicen. Eſt aūt reſolutiuū ventoſitatū: le A
nificatiuū: abſterſiuū.lenificat duricies z ho
rhor. Eius radix eſt ad medicandū oſſa nu-
da.z cū melle eſt cōueniens vlcerib antiquis
z igni perſico.z qđ ſup ipm eſt etiam vulneri
bus z horhor.z ad ſummū omēs partes eius
confert vlceribus fraudulentis.
¶Et bibitur cū aqua z al caratin.z cum vino B

cumo de ourega

Universidade do Minho Biblioteca Pública de Braga

propter ↄtractionē lacertoꝝ ex percuſſione.

C ¶ Quidã enim dixerunt q ipm eſt malũ nervis. ⁊ videt q ſit maluꝫ nervis ſanis ſiue humectatis. Et ↄferens eſt ſciatice: ⁊ remouet laſſitudinē: ⁊ ↄuenit dolori iuncturaꝝ omnium. ⁊ podagre more emplaſtri ſuppoſitũ.

D ¶ Confert corroſioni dentium: cum eo implentur: ⁊ ſedat dolores eorum ⁊ cõuenit ſode ⁊ epilentie. ⁊ matri infantiũ. Acuit viſum ⁊ fit ex eo collirium. Ex folijs eius fit emplaſtrum ſuper dolores lateris.

E ¶ Et opopanacum conuenit dolori vterorũq laterum: ⁊ tuſſi cum ſint frigidi. Eius ſuccus conuenit duriciei ſplenis more emplaſtri ſuppoſitum ⁊ bibitum cum aceto.

F ¶ Ponuntur autem ex eo decē aurei in duobus vaſculis muſti. et clarificatur poſt duos menſes ⁊ conuenit ſpleni valde.

G ¶ Et muſtum hoc cõuenit ydropiſi. lenit duriciem matricis. ⁊ conuenit guttationi vrine. ⁊ auellana vna ex eo bibitur cum aqua calida ad prouocandum vrinam ⁊ menſtrua: ⁊ iuuat matricem frigidam.

H ¶ Et eius fructus facit abundare menſtrua: et proprie cum abſinthio: ⁊ interficit fetum: ⁊ proprie radix eius. Ipſe nanq facit aborſum ſuppoſita ⁊ bibita.

I ¶ Et cõuenit ꝓſocationi matricis: ⁊ extermi nat ventoſitatem ⁊ duriciē eius. ⁊ conuenit colice. ⁊ ſoluendo educit crudum humorem.

K ¶ Et ↄuenit pruritui veſice ſi bibit cum aqua cartami ad rigorē ⁊ febres: periodicas. et eo cũ pice fit ēplaſtrũ bonũ morſui canis rabioſi cũ ariſtologia ad puncturas bibita ē tiriaca. ⁊ ſimiliter eius ſuccus. loco eius ponunt ficus. ⁊ extimo q armoniacũ ē ei ꝓpinquũ.

L ¶ Serapion auctoritate Galieni Radix eius eſt medicina que deſiccat ⁊ calefacit. ⁊ in hoc eſt melior q̄ ipm opopanax. Cortici autē eius ineſt virtus abſterſiua. Cortex eius valet contra denudationem oſſium nudatorum. ⁊ nos quidem eo vtimur in medicinis oſſium denudatorum. ⁊ in medicinis vlcerum fraudulentorum. quia generāt iſte medicine carnes in vlceribus generatione forti.

M ¶ Et auctoritate Dyaſcoridis. Quando datur de eo in potu cũ mellecrato aut vino cõfert rigoribus fe. periodicarũ ⁊ concuſſionibus neruorum ⁊ doloribus laterum: ⁊ tuſſi: ⁊ diſtillationi vrine: ⁊ ſcabiei veſice.

N ¶ Et idem auctoritate Aben meſuay. Conuenit ad ea ad que iuuat armoniacum. et doſis eſt a. ʒ. ſ. vſq ad aureum. i.



# Capitulum. cccxxiiij.

Nomia quã multi ononidã appellauerunt. Dyaſcorides ca. O Nonomia virge ſũt duoꝝ palmoꝝ: ⁊ nodoſe. folia illi ſunt minuta ſic lenticule aut rute aut anchuſe ſubaſpera ⁊ pinguia ⁊ ſpiſſa. hanc multi in ſale cõponũt et comedunt ſuauiſſime. virge ꝑdicte ſpinas acutiſſimas habent. albe ſunt ⁊ virtutis calide.

## Operationes

¶ Corium radicis earum cũ vino bibitũ vrinam ꝓuocat. lapides veſice excludit. Vulneribus ſordidis medicat. cum aceto cocta et ore retenta dolorem dentium ꝓhibet. A

¶ Galienus. viij. ſim. far. cap. ononis. Ononis radicem habet calefactiuam iam ī tertium gradum. B

¶ Cortex vero eius maxime eſt vtilis participans abſterſiuitate ⁊ inciſiõe. vnde nõ tantum eſt abſterſiua ſed lapidem fractiua. C

¶ Eadem autem virtute ⁊ eſcaras cito ſoluit. Vtuntur autem ea ⁊ ad dentium dolorem conquentes in oxicrato ⁊ gargarizantes. D

# Capitulum. cccxxv.

Biblioteca Pública de Braga



Riganū. Dyaſ. Origanū ē oībonotū
o ꝛ ē duplex: domeſticū vicȝ ꝛ ſilueſtre
vtrūqȝ ca. et ſic. in. iij. gra. ſilueſtre tñ
calidi' ē. ¶ Pla. Origanū ca. ē ꝛ ſic in. iij. gra.
Eſt origanū ſilueſtre qḋ latiora hȝ folia ꝛ fortꝰ
opat. ꝛ ē domeſticū qḋ vbiqȝ repit i hortꝭ:
vicȝ ꝛ i peatꝭ. ꝛ minuta hȝ folia. ſuauiuſqȝ opa
tur qḋ i medicīs pōit. In tpe pdnctōis floꝝ
colligit: ꝛ cū florib9 i vmbra ſuſpēdit ꝛ exiccā
tur. p annū ſuat. Fo. cū florib9 abiectꝭ ſtipiti
b9 i medicinis ponūt. ſ̄tutē hȝ diſſoluēdi: at
trahēdi: relaxādi: ꝯſumendi. Itē origanū na
ſcitur in locis cultis inter vepres ꝛ frutices.

## Operationes

A ¶ Dyaſ. Origano ſ̄tus ē ca. ꝛ eius elixatura
morſib9 venenatꝭ occurrit cū vino data. bibi
B ta qȝ cū dulcore pſtat effectuȝ. ¶ Coſtā. Ori
ganū vrinā ꝛ mēſtrua puocat. Ventoſitatē ꝛ
rugitū ſtomachi ꝛ inteſtinoꝝ expellit. ꝛ ma
xime ſi ſūt ex groſſis hūorib9 aut indigeſtis.
C ¶ Lūbricos ꝛ aſcarides occidit et expellit ſi
D ex eiꝰ apozimate potet. ¶ Maſticatū dolorē
dentiū mitigat. ſtomachū ꝛ epar ꝛ pulmonē
de groſſis hūorib9 mūdat. Cū ficub9 ſiccꝭ mā
ducatū ſudorē puocat. Corpe ex eiꝰ apozima
E te loto ſcabiē ꝛ ictericiā ſanat. ¶ Succꝰ eiꝰ

cū lacte mulierꝭ aurib9 d iſtillatꝰ dolorē miti
gat. ¶ Succꝰ eiꝰ bibitꝰ viridis tumorē fau F
ciū ꝛ vue tollit. bibita cū mulſa nigrā colerā
p ventrē deponit. Serpētes qȝ fugat. ventrē
temperat. ¶ Macer. Origani vires calide B
ſiccēqȝ legunt. Tertiꝰ huic in vtroqȝ gradu
ꝯcedit eſſe. Illiꝰ in vino curat decoctio ſum
pta. Quo ſuis peſtiferos morſus ſi ſepe biba
tur. Cū mulſa ſumptū pdeſt aconita bibenti
Cū multꝭ alijs pōt obſtare venenis. Cōquaſ
ſata iuuat manſum vel ſepiꝰ hauſtū. ydropi
cos reprimit bibitū: ſiccatqȝ tumorem ꝛc.



## Capitulum. cccxxvj.

Robus Palladius li. ij. In menſe fe ervilhaca
o bruario vltimo ſeritur nō pabuli ſe
candi ſed colligendi ſeminis cauſa.
Iugerū occupāt modij ſeptē. Serenda ē au
tē in terra pſciſſa poſt horā tertiā vel ſecūdā.
cū ros eſſe deſierit quē ferre nō pōt: iȝ ſtatim
cooperiēda eſt ante noctē. Nā ſi nuda manſe
rit hūore corrūpit nocꝰ. Obſeruādum eſt ne
ante lunā. xxv. ſerat. qȝ ſic ſatā limaces perſe
quunt. Iſidorus li. etymologiaꝝ. Herbum a
greco traxit vocabulū. hoc eni illi orobū di
cunt. Quod cū ſit quibuſdam pecoribus in
feſtum: thauros tamen efficit pingues.
¶ Actor. Orobum (vt ſupius diximꝰ) ipſum

ado do Minho
Pública

eſt herbũ ſiue heruũ. cuiꝰ naturã ſub herui cũ
aſpiratiõe vel erui ſine aſpiratiõe noĩbꝫ iã ex
magna parte ſuperiꝰ locis congruis poſuimꝰ.
nõnulli medicoꝝ nrõꝝ illud eẽ putauerũt oro
bũ qđ nos viciam dicimꝰ. Sed Iſi. hec po-
nit p duobꝫ. rõe a nõnullis q due ſpecies ſũt
q̃ſi vniꝰ generis. vna vicꝫ maior q̃ orobũ vocat.
alia ṽo minor q̃ vicia ⁊ vulgariter nocereon
appellatur.

## Operationes

A ¶Dyaſ. Orobũ oĩe ſiue herbũ cũ pte ama-
ritudinis eſt calidũ. Ideo ſplenũ ac renes et
epar purgat. ſcabies ⁊ empetigines ſanat: vul
nera quoqꝫ curat: cũ melle impoſitũ deſiccat
B ¶Habundanter incidit: aperit: proijcit pa-
C rotidas: induratoſqꝫ teſticlos digerit. ¶Iſa
ac i dietis pticularibꝫ. Orobũ ẽ ca. in pmo g.
ſic. i. ij. vñ mũdificatiuũ ẽt colatiuũ. mũdatũ
corticibꝫ itẽqꝫ de eiꝰ farina facto vẽtrẽ hu-
D mectat. ¶Urinã ⁊ mẽſtrua puocat. cutemqꝫ
clarificat. nõ tñ plimuꝫ aſſuefiat: ne forte ſan
E guinem mingere faciat. ¶Aliqñ p nares ſan
guinis efficit fluxũ. farina eiꝰ cocta cũ ſepo-
tis qđ ẽ ſpẽs thuris ydropicis vetericiſqꝫ va
F let. ¶Tpata ṽo cum vino valꝫ ſuprabidiſſi
G mi canis morſũ poſita. ¶Rurſus cũ melle tẽ
perata lẽtiginẽ mũdificat vulneribꝫ ⁊ apãtibꝫ
H valet. ¶Itẽ calculoſis magnũ ẽ iuuamẽtũ.



Biblioteca Pública

## Capitulum. cccxxviij.

Lus latine. arabice ſachiliemenie.
o grece blicoci vel bliton. Serapion
li. aggre. cap. Sachiliemenie ſiue ſa
chalaiamena auct. Gal. Sachiliemenie: id
eſt olus iamenũ omnibꝫ notũ. Uirtus eiꝰ eſt
frigida et humida in. ij. gra. Iſido. Olus ab
alendo dictũ eſt: eo q primũ oleribꝫ quondã
alerent homines anteqꝫ fruges ederent ⁊ car-
nes. Tantũmodo eñi oleribꝫ alebant: et ar-
boꝝ pomis ſicut aĩalia herbis. Dicitur olus
molle quoddã herbe ortulane genꝰ. ¶Actor
Olus itaqꝫ generaliter dr̃ omĩs herba preci-
pue ortulana que in cibũ ⁊ alimentũ hoĩs aſ-
ſumitur. ¶Unde Iſido. Maluam ⁊ rapam:
napum ⁊ raphanũ: lactucã: paſtinacã: cepa:
allium ⁊ ſilia deputat inter olera. Nihilomi-
nus cum appropriato vocabulo dicit olus
herba quedam ſpecialis ortulana.

## Operationes

¶Auicẽ. Olus aliameni qđ eſt i ipo ſm Dya- A
ſcoridẽ medicine virtꝰ oĩno nõ eſt. ⁊ eſt aquo-
ſum ſicut attriplex ⁊ qđ ſaporẽ nõ habet. Et in
hoc abũdat plus in oĩbꝫ oleribꝫ. Eſt eñi vehe
mentioris hũiditatis q̃ lactuca ⁊ q̃ cucurbi
ta. Nutrimẽtũ eiꝰ paucũ eſt. Eius penetra-
tio nõ eſt velox: eo q penitꝰ nitroſitate priua
tũ eſt. Teſte Galieno frigidũ ⁊ hũidũ ẽ in. ij.
¶Ex eo fit emplaſtrũ calidis apoſtematibꝫ B
⁊ eiꝰ radix malis vlceribꝫ. ¶Succus eiꝰ cũ C
oleo roſeo cõfert ſoda ex aduſtione ſolis oc
cidenti. cõfert etiã tuſſi calide, ppẽ decoctũ
cũ oleo amigdalino ⁊ aqua dulces granati.
¶Sera. auctoritate Dyaſ. Herba ipſa come D
ditur ⁊ mollit ventrẽ. ⁊ nõ eſt oĩno virtꝰ in ea
ex rebꝫ medicinalibꝫ: ⁊ habet in ſe aquitates
multã pluſ q̃ omnia alia olera. ⁊ qñ fit empla
ſtrum cum ea ſup apoſtemata calida confert.
⁊ ſedat ſitim ⁊ tuſſim que fiunt a caliditate. ⁊
ipſum eſt pauci nutrimenti quando comedi-
tur ⁊ ẽ tarde penetrationis.
¶Et idem aucto. Iſaac. Qñ fit emplaſtrum E
cũ radice ipſius vlceribꝫ que dicunt faui a q-
bus emanat humiditas ſimilis melli.
¶Et idem auctoritate Habix: eſt fri. ⁊ humi F
dum in ſecũdo gradu. Humiditas eiꝰ eſt am
plior q̃ humiditas lactuce ⁊ cucurbite. ⁊ ſub
ſtantia eius eſt aquoſa nõ habens in ſe groſſi
ciem. quia cito deſcendit ⁊ mollit ventrem. ⁊
ideo modice redditur nutrimentũ ex eo.
¶Et exprimitur ſuccus folioꝝ ⁊ miſcet cum G
oleo roſarum. ⁊ confert dolori capitis qui ac
cidit a calore ſolis.

D ¶ Et q̄ñ coq̄t herba ipſa ⁊ p̄ijcit̄ ſup ipſam oleū amigdalaꝝ ⁊ ſucc⁹ maloꝝ gnatoꝝ dulciū ꝯfert tuſſi ſicce q̄ eſt cū caliditate ⁊ aſperitate pectoꝛ.
I ¶ Ypocras. Clauos .i. poꝛos pedū impoſito eo liniri ⁊ cōpmi credūt



# Capitulum .cccxxxviij.

P Papauer latine: grece ammone vel miconiū. ara. charchar. vel cachili vel chaſchaſi. Sera. li. ag. c. charchar. auc. Dyaſ. Papaueris multe ſūt ſpēs. Nā ex eo eſt domeſticū Et illud eſt papauer albū qđ ſemiat̄ in oꝛtis. cui⁹ capita ſunt oblōga. ⁊ ſemē ei⁹ eſt albū. ⁊ ex eo eſt agreſte. Et ſunt ei⁹ due ſpēs. Una ē hñs caput depſſum: ⁊ ſemē ei⁹ eſt nigꝛ. ⁊ iſtō vocat̄ papauer rubeū. Et alia h; caput lōgū. min⁹ ī altero. ⁊ noiat̄ ſeil. ⁊ ex eo eſt papauer ꝯcuſſum. eo q2 ſemia ei⁹ eo ꝯcuſſo cito cadūt. ⁊ illud eſt papauer nigꝛ. Et ex eo eſt almulcaran qđ naſcit̄ iuxta mare ī littoꝛib9. ⁊ illud eſt papauer cornutū: qđ h; folia alba ſimilia folijs plante: q̄ dicit̄ flomos. ſciſſa tñ ⁊ ſummitates altas ſicut folia papaueris agreſtis. ⁊ ſtipitē ſimilē illi⁹ ſtipiti. Et h; floꝛē glaucū. ⁊ h; ſemē minutū in vaginis ſubtilib9 ⁊ longis ⁊ curuis ſicut cornua. ⁊ ſicut h; fenugrecū. ⁊ pp̄ter hāc cauſam noiatur kiratidos ⁊ almicon. ⁊ ei⁹ expoſitio eſt cornutū papauer. ⁊ ſemen qđ eſt incluſum in illis vaginis eſt minutū nigrū ⁊ aſpeꝛ. Naſcit̄ in locis marinis ⁊ aſperis. ⁊ latine vocatur memit ⁊c̄.
¶ Gal. vij. ſim. far. c. Micon chiratēs .i. papauer cornutū noiatū eſt quidē ſicca fructu breuem connexionē habente. ſicut ⁊ fenugreci. et aſſimilat̄ cornu bouino. vocat̄ aūt ab aliquib9 papauer marinū. q̄ñ vt plurimū pp̄e mare naſcit̄. Uirtutē aūt h; inciſiuam ⁊ abſterſiuam. Opium aūt qđ ex ſucco ipſi⁹ fit fri. eſt in q̄rto. ſic. in tertio. Papauer cōponit̄ ab aperio ⁊ vento. inde papauer qđ vento magis aperit floꝛē. Idem libro viū. Papauer vnū quidē eſt ixias id eſt fluidū noiatū. eo q2 cito ab eo defluūt ſemina eius. vel q2 ab eo cito defluit flos. Aliud āō eſt domeſticū quod eſt oꝛtenſe ⁊ excolitur. A mero ⁊ alia duo ſunt papauera ſiluestria vltra hec. vnū quidē q̄ſi depꝛeſſam hñs codiam. aliud aūt oblongioꝛē. hoc totū aūt eſt oblongius ⁊ aridius. hui⁹ papaueris opos .i. lacticiniū defluit. Unde ⁊ quidā noiant id fluidū. fructus aūt omniū papaueꝛ eſt infrigidatiua. Sed oꝛtenſis quidez qđ ⁊ calachiridam noiant moderate eſt ſomniferū ſemen aptū eſui. pp̄terea quidē ⁊ in panib9 miſcet̄ id. ⁊ cū melle pmiſcētes comedūt. Primi āō cui⁹ cito floꝛē defluere diximus: ſemē foꝛtius infrigidat. quocirca nequaq̄ꝫ q̄s eo vtit̄ inceſſanter. ſicut eo qđ eſt oꝛtenſe. attamen ponūt id in cib9 q̄ cū melle ſūt in nitro ⁊ in panib9. Tertio āō dicti ſemen nigrū exiſtens iam farmacoſum eſt ſufficienter infrigidās. Quarto aūt dicti farmacoſius omnib9 eſt. ⁊ ſm ſemen: ⁊ ſm codiam: ⁊ ſm folia: ⁊ ſm opium .i. eius lacticiniū vehemēter infrigidat vſq3 ad toꝛpoꝛē ducens ⁊ moꝛtificationem. vnde medici eſt vti eo: bene miſcendo cū farmacis obtundentib9 frigiditatis foꝛtitudinē. Eſt enī ex quarto ⁊ vltimo infrigidantium.

## Operationes.

¶ Pandecta cap. cclvi. Uirtus papaueris domeſtici dicte ſpeciei eſt q̄ infrigidat frigiditate foꝛti. ⁊ illud papauer eſt qđ plus ingreditur in medicinis. Unde q̄ñ papauer ſimpliciter ponitur in medicinis: illud debet intelligi. vñ valet in medicinis ſemen eius: folia: capita: ⁊ lac. Uirtus eius eſt frigida in q̄rto gradu A
¶ Serapion libꝛo aggre. auctoꝛitate Dyaſco. Domeſtici papaueris ſemen inducit ſomnum temperate quādo pulueriſatur cum pane. aut miſcet̄ cum melle ⁊ comeditur. ſed contuſum ſemen eius infrigidat frigiditate foꝛti. Et gūmi eius papaueris ⁊ ſuccus eius eſt opium. B
¶ Sed ſeil .i. liquidū ingredit̄ plus in medici- C

nis: valet ſemen eiꝰ: folia: ⁊ lac ipſius. ⁊ virtus eoꝝ eſt que infrigidat in quarto gradu. et illa eſt virtus narcotica ⁊ mortificatiua.

D ¶Et idem auc. Gal. Uirtꝰ domeſtici ⁊ agreſtꝫ eſt infrigidatiua. ⁊ ꝑpterea ſi coquantur folia eiꝰ cū capitibꝰ in aqua: ⁊ fundet̃ eiꝰ decoctio ſuper caput facit dormire. ⁊ qñ teruntur eius folia cō- tritione forti: ⁊ miſcentur cum ſanicb: ⁊ fit inde emplaſtrū apoſtematibꝰ calidis ⁊ geriſipile. et datur ex eo in potu non potentibꝰ dormire.

E ¶Et teruntur capita papaueris recentia. ⁊ fiunt trociſci q̄ deſiccantur ⁊ reponuntur ⁊ adminiſtrantur.

F ¶Et qñ coquuntur capita papaueris in aqua: donec conſumatur aque medietas deinde ad miſcetur illi decoctioni mel. et iterum coquitur donec coaguletur. ⁊ fit inde loboc eſt valde bonum tuſſi: ⁊ ſuperfluitatibꝰ que deſcendunt ad cannam pulmonis: ⁊ fluxui antiquo mēſtruorum. quando autem admiſcemus ei acaciam ⁊ ypoquiſtidos fit fortius ad hoc.

G ¶Semen vero nigri papaueris teritur forti- ter ⁊ datur in potu cum vino in fluxu ventris ⁊ in curſu humorum antiquo ex matrice. Ca- uendū tamen eſt a nimietate vſus eius ne in- ducat ſubetb: aut litargiam: aut etiā mortem.

H ¶Et teritur cum aqua. aut aqua ro. fit empla- ſtrum fronti et temporibus ad nimias vigili- as: ⁊ ad dolorem capitis.

I ¶Et qñ ſumitur de ipſo opio pua q̄ntitas ſicut ē granū oro bi. facit dormire ⁊ ſedat dolorē. ⁊ con fert tuſſi ⁊ fluxui antiq̄. ⁊ decoctio papaueris al- bi qñ abluitur cū ea caput facit dormire tempe- rate. ⁊ ſi aliq̄s vtitur eo nimis inducit ſubetb.

K ¶Et ſi ſumitur in potu ꝯfert morbis qui fiūt ab hūoribꝰ q̄ deſcendūt a cerebro. qꝛ repellit eos. ⁊ maxie qñ ſumitur cū aq̄ pluuie ⁊ vino. ⁊ qñ ex eo ſumitur q̄ntitas magna facit ſubetb. et poſtea oc cidit ⁊ miſcetur cū mirra ⁊ oleo ro. ⁊ croco: ⁊ diſtil latur in aurem. ⁊ ꝯfert apoſtematibꝰ ca. oculoꝝ. Et qñ diſſoluitur cū aceto ꝯfert heriſipile.

L ¶Et qñ miſcetur cū lacte mulieris ⁊ croco cō- fert podagre. ⁊ fit ex eo ſuppoſitorium paruum ponitur in ano ⁊ facit dormire. Eſt autem vſus opij in collirijs. vt dicit idem Serapion.

M ¶Dyagoras autem prohibuit vſum eiꝰ in egri tudinibꝰ oculorum ⁊ aurium: quoniam debili- tabat ſua frigiditate membra illa.

N ¶Anderadas dixit q̄ niſi adulteratur inducit cecitatem quibꝰ intromitteretur: ⁊ dixit q̄ iuua- mentū eius ſolum eſt in odorando faciēs dor mire. alij āuo oībꝰ modis vſus eius eſt malꝰ ⁊ piculoſus valde. ſꝫ hi oēs errauerūt. q̄niaꝫ opatio eiꝰ verificatur per experientiam.

O ¶Et idem auctoritate Gal. Papauer cornu- tum laxat ventrē laxatione leui. vnde abſter- git incidit ⁊ diſſoluit ⁊ diminuit.

¶Gal. vij. ſim. far. ca. micō cataputicos. Ra- dix huiꝰ herbe cocta ī aqua vſq3 ad medietatē epaticos iuuat. ⁊ flo. ⁊ fo. valde ſordida ⁊ male morigerata vlcera iuuāt. abſcedere aūt ab eis oportet cū iā facta fuerint vlcera mūda. intan- tū eñ abſtergere natura ſunt. vt ⁊ ipſiꝰ munde carnis nō derelinq̄tur q̄d ꝑpter nāq3 fortitudinē nedū ſordes ſꝫ etiā eſcaras vlceris auferunt. P

¶Aui. Species papaueris ſunt infrigidatiue ⁊ nō eſt in ipſo ꝯglutinatio de q̄ ſit curandū. et illud q̄dē qđ eſt nigꝝ: eſt ingroſſatiuū exiccatiuum. ⁊ flos eiꝰ ⁊ folia ꝯferūt multū apoſtema tibꝰ ſordidis. ⁊ oportet q̄ caueatur poſtq̄ mūdifi- cata fuerint. qꝛ abſtergit abſterſiōe forti q̄uſq3 diſſoluit ⁊ diminuit carnē. ⁊ ipſa qđ aufert eſca- ras aduſtas q̄ ſunt ī eis. Et qñ coq̄tur radix huiꝰ plante cū aq̄ vſq3 ad ꝯſumptionē medietatis. et datur in potu decoctio eiꝰ ꝯfert ſciatice ⁊ doloribꝰ epatis. ⁊ confert illis q̄ habent in vrinis ſuis velut telam araneā quoꝝ vrina eſt groſſa. Q

¶Et ſemē eiꝰ qñ ſumitur in potu in q̄ntitate dua- rum caſuum cū mellicrato laxat ventrē laxatiōe leui. ⁊ flos eius ⁊ fo. qñ fit emplaſtrū cum eis addito oleo auferunt fraudulentiā vlcerum. R

¶Sera. auc. Raſis. Opiū ꝯfert fluxui vētris ⁊ vlceribꝰ inteſtinoꝝ: ⁊ doſis eſt ab vno dauich vſq3 ad duos. ⁊ q̄ntitas occidēs ex eo eſt. ʒ. ij. S

¶Et dixit ſi datur opiū illis q̄ꝝ ſtus diſſoluitur ꝑpter vigilias curat eos. eo q̄ facit dormire. et ſic facit reuerti virtutē eoꝝ. Et dixit Gal. in li. de ingenio ſanitatis. q̄ opium mandragora ⁊ iuſquiamus deſiccant vlcera. T

¶Dyaſco. cap. de opio. Poteſt autem opium lacrimas reſtringere collirijs admixtū: ⁊ circū linitum refrigerare. ⁊ aurium dolorem et totꝰ corporis mitigare: illa videlicet ratione q̄ ſomnū facere dicitur. V

## Capitulum. cccxxix.

P Aritaria latine: ⁊ grece alſmen: aut partemon. aut perdition. aut ſideri- tis. aut eraclia. aut quiaſtri agreſte. aut libatiam. aut políminon. arabice tugregaria. ¶Pandecta capitulo. xxix. Paritaria ſiue vt latini aliqui vitriola viridis habet virtutē. et non ſicca. folia eius ſunt calida ⁊ ſicca in. iij. gradu. virtutem habet dyaforeticam. Semen eius eſt frigidum ⁊ humidū. ¶Dyaſcori. cap. Almen ſiue paritaria herba eſt que naſcitur in tectis aut parietibꝰ. haſte ſunt illi minute et rufe. Folia ſimilia alinos aſpera. ⁊ circa ipſiꝰ haſtas ſemen aſperum habens rebꝰ adherens Uirtus eſt eiꝰ ſemini ſtiptica ⁊ frigida. ¶Ga-

alſiſ de cobre



lienꝰ.vi.ſim.far.c. Elixirmen. Quidā eñ perdi
tion nominãt. Alij aũt perthericũ. Alij autez
ſidiritem. Sũt autez alij q̄ nominãt hanc era
cleam. id eſt aũt ſemini eiꝰ virtus expurgatiua
leuiter. ꝛ ſtiptica. frigida ꝛ humida.

## Operationes

a ¶Pandecta.ca.viij. Paritaria in teſta calefa
cta ſine liquore loco dolenti ſupponit. vel etiaz
decocta in vino qḋ meliꝰ eſt. ꝛ cũ furfure i vino
albo aliq̄ntulũ acido multũ ꝯfert. Curat etiã
ſic preparata paritaria frigiditatẽ ſtomachi et
inteſtinoꝝ ꝛ dolorem eoꝝ.

b ¶Cõtra ſtrãguiriã ꝛ diſſuriã paritaria i aqua
ſalſa coquat ꝛ oleo ꝛ cathaplaſmet. Ipa ſimi
liter cocta ꝛ comeſta valet contra dolorem ſto
machi ꝛ inteſtinoꝝ ex frigiditate ꝛ ventoſita
te. Et criſpelle ex ea facte ꝛ comeſte valent con
tra p̄dicta. Ad eos q̄ ſanguinẽ reijciũt parita
riã tere: ꝛ extrahe ſuccũ ꝛ bibant.

c ¶Dyaſ. Semẽ eiꝰ cathaplaſmatibꝰ adhibitũ
ignẽ ſacrũ extinguit. condilomata ſpargit. cõ
buſtionibꝰ medicat. Tumores om̄es compe
ſcit. Puſtulas emendat.

d ¶Succus eiꝰ cũ ceruſa mixta ignẽ ſacrum ex
tinguit. ꝛ herpetas ſi vnctus fuerit

¶Et podagricis medicatur cum ceroto cipri E
no aut cum axungia aprino.

¶Succus foliorũ eiꝰ in q̄ntitate ciati vnius F
acceptus tuſſientibꝰ antiquis opitulat. Tumo
res faucium gargariſmo aut ſupunctus com
peſcit. Dolorem aurium cum oleo roſeo mix
tus mitigat.

¶Gal. Semen eius ſanat vniuerſas flegmo G
nes in p̄ncipio ꝛ augmento vſq̄ ad ſtatum. et
precipue cõbuſtionibus ſuperplaſmatꝰ. Sed
ꝛ ſuccus eius igni ſacro ꝛ doloribꝰ aurium fleg
monoſis conuenit.

¶Succus eius folioꝝ tumores faucium gar H
gariſmo compeſcit. Et quidã medicoꝝ. His q̄
longo tempore tuſſierunt propinauerunt eum
q̄ autem abſtergat euidentem prebet experien
tiam in vitreis vaſis.



Universidade do Minho
Biblioteca Pública de Braga

## Capitulum.cccxxx.

Alma chriſti latine. Arabice Nakola.
p Serapion li.aggre.ca. Nachala ſiue
nachla. Diuidit diuiſionibus multis
Nam ſunt rami eius ꝛ ſuccus ramoꝝ ipſoruz.
ꝛ ciphiliones eius: ꝛ ſummitates ipſiꝰ ſine ca
cumie. ꝛ cortex cacuminis eius. ꝛ eſt kafri ꝛ re
cens ex eo immaturũ qḋ eſt ſicut agreſta vue
eſt balach. Idem auctoritate Galieni. Sub

ſtantia ſucci ramoꝝ ꝛ ciffilionū ꝛ ſummitatꝫ
eſt cōpoſita ex ſubſtantia aquoſa tepida ꝛ ter-
rea: frigida. ſed corticis ſummitatis ſubſtācia
eſt in ſeipſa ſiccioꝛ. ꝛ nō eſt in eo humiditas ali
qua. Et ſapor totiꝰ arboꝛis eſt ſtipticꝰ. Virtus
eius eſt deſiccatiua.

## Operationes

A ¶Pandecta cap. cccccl xij. Cōfert vlceribꝫ pu
tridis. ꝛ ſtringit ſiicturas. ꝛ cōfert coꝛruptioni
coꝛpis ꝛ oris ſtomachi applicata exteriꝰ: aut i
potu ſumpta. Sed ſedumactinas .i. nucleus
ſiue os dactili. qñqꝫ cōburitᷣ in olla ſicᷣ alie me
dicine. ꝛ cū extractꝰ fuerit ab igne extinguitᷣ in
vino. ꝛ poſtea abluitᷣ ꝛ ponitᷣ loco tucie in colli-
rijs q̄ ponuntᷣ in oculo. ꝛ ſi nō comburuntᷣ pri-
ma vice comburantᷣ iteꝝ. Et virtus eoꝝ eſt ſtip
tica conglutinatiua.

B ¶Quando miſcetur cū lardo conuenit vlceri-
bus q̄ fiunt in oculo ꝛ exitui oculi ꝛ caſui pal-
pebraꝝ ꝛ incarnat vlcera.

C ¶Et idem auc. Aben meſuaꝝ. Virtus ciſillo-
nū eſt frigida in fine p̄mi gradꝰ. ꝛ ſicca in me-
dio eiuſdem. Confert acuitati ſanguinis ꝛ co-
lere. ꝛ ſtringit ventrē. ꝛ nutrit nutrimento pau
co ꝛ curat doloꝛem ſtomachi.

D ¶Et idem auctoꝛitate Raſis. Ciſilio ſedat flu
xum ſanguinis ꝛ colere. ꝛ ſtringit ventrem. et
tarde deſcendit a ſtomachi fundo. ꝛ ad eiꝰ de-
ſcenſum iuuat zinziber conditum. ꝛ facit ea q̄
facit kafri. id eſt ſummitas ramoꝝ palmi vel
coꝛtex ſummitatū eoꝛum.

E ¶Galienꝰ. viij. ſimpli. far. c. Finix arboꝛ. ꝛ eſt
palma. Finix arboꝛ eſt. id eſt palma ſtiptica.
participat virtute in om̄ibꝫ eiꝰ partibꝫ. ramoꝝ
igitᷣ succꝰ auſterus eſt ex aquoſa ſubſtantia te-
pida ꝛ terreſtri frigida ꝯſiſtens. ſimiliter autē
huiꝰ nature eſt. ꝛ vocatᷣ cenogefalos .i. cefalio-
nus eſibilis exiſtens. Fructꝰ ꝟo eiꝰ ꝛ maxime
dulcis. nō pauca participat caliditate. eſibilis
exiſtens. ad multū ꝑuenit vſum. nō ſolum ex-
trinſecus appoſitus vbi cōfoꝛtare quid ꝛ ſicca
re ꝛ ꝯgregare. ꝛ denſare ꝛ ꝯſtringere indigemꝰ
ſed etiam aſſumptus vt cibus ſimul cum alijs
et ipſe per ſe.

F ¶Quod vero vocatur alacer germen exiſtēs
molle palme eandē cū cenogefalo habꝫ virtu
tem. qꝺ vero eſt velut rectia eius ſtipticam vir-
tutē poſſidet. ſiccat aūt plus p̄dictis ceu ꝛ con-
ſiſtentia ſubſtantie ſiccius eis exiſtens ꝛ mini-
me participans humiditate.

G ¶Unde multi in putridinalibꝰ vlceribꝫ eo
vtuntᷣ. ꝛ in farmacijs colligentibꝫ laxis articu-
loꝛum ꝛ epatis ꝛ ſtomaticis virtutibꝫ extrinſe-
cus. Eſt autem radix huius plante ſiccatiue
immoꝛdaciter virtutis. habens quid et ipſa
ſtipticitatis.

¶Rabbi moyſes ca. de palma. Coꝛ palme au H
get ſperma: ꝛ iuuat ad coitum.

¶Auerrois in ſuo Colliget. Omnes ptes dac I
tili ſtipticitatē habēt manifeſtā. Sed fructus
eius cū maturus aliquā habꝫ ſtipticitatē. Coꝛ
tices ꝟo arboꝛis p̄dicte maioꝛē habent ſtipti
citatē aliqꝫbꝫ ptibꝫ ipſiꝰ. Pro fructu huius lege
ſupra Dactilus. in cap. cliiij.



## Capitulum. cccxxxi.

p Alaciū leporis. Ex herbario. Palaciū
leporis herba eſt endiuie ſimilis: niſi
ꝙ folia eius magis acuta. radices ip-
ſius ſaxifrage ſimilia. Floꝛes parue ꝛ ſemē ro-
tundum: magis tamen ꝙ̄ ſaxifrage. Naſcitur
longitudine duoꝝ cubitoꝝ. Aliqui nominant
iſtam herbam domū leporis: ſiue palaciū lepo-
ris: ſiue herbā leporis. Propterea ꝙ iſta herba
lepoꝛem a melancolia ſua cuſtodit. Naſcitur
in locis vmbroſis ſiue arenoſis.

## Operationes.

A ¶ Pallaciū leporis melācolicꝫ multū eſt conue
nies. Uinū decoctōis eiꝰ valet paraliticꝫ et ad
colicā paſſionē ieiune ſumptū.
B ¶ Radix eiꝰ in vino decocta ꝓuocat vrinā. ⁊ bi
birū calculū frangit. Item potatū ſtranguiriā
curat. diſſintericis multū ꝓdeſt radicē cū vino
ſumptū. Hec herba melācolicis magnū pſtat
auxiliū. Radice in collo pendente generat au
daciā: tollitqꝫ timorē. Pallaciū leporis cum vi
no decocta q̄r. fe. tollit. ⁊ omībꝫ paſſionibꝫ ſple
nis ſingulare preſidium eſt.



# Capitulum .cccxxxij.

p Lantago maior vel arnogloſſa vel q̄n
qꝫ neruia vel lingua arietis latine. gre
ce arnogloſſos. Ara. liſen Albamel.
Pandecta c. lxij. Arnogloſſa. i. plantago. cuiꝰ
tres ſunt ſpēs. Una ē fe͞ia. cuiꝰ folia ſūt lata ha
bētia q̄ſi fila in fractura ſua. Alia eſt hn̄s folia
ſtricta q̄ lanceola vocat̄. ⁊ eſt maſculꝰ. ⁊ hꝫ fila
vl̄ neruos in fractura ſua. ⁊ ob id q̄r qꝫ neruia
vocat̄. ⁊ habent ſtipitē mediū ſeminibꝫ plenū.
fri. eſt ⁊ ſic. in ij. gradu. Eſt alia ſpecies que vo
cat̄ plantago aquatica. p̄ q̄ lege barba ſiluana
¶ Sera. li. ag. c. Liſen. i. lingua arietis. et eſt
plantago. Et ſubiungit auc. Dyaſ. dicit̄ autē
Arnogloſſa. ⁊ eius expoſitio eſt lingua agni.
Ideo qꝛ greci arnon agnum vocant: ⁊ gloſſos
linguam. Et dr̄ etiam eptapleuros. id eſt ſeptē
coſtas habens. nam in folijs eius ſunt ſeptē
coſte ab epta in greco. i. ſeptem ⁊ pleuros co
ſta. qꝛ habet ſeptem neruoſitates manifeſtas i
ſimilitudinē coſtarum laterum animaliū. Cu
ius due ſunt ſpecies. Maior ⁊ minor. De mi
nori in ſequenti capitulo dicet̄. Maior ꝟo ha
bet virgas aſperiores: ⁊ folia lata ſimilia oleri
bus que comeduntur. ⁊ ꝟga eius eſt anguloſa
ad rubedinē declinās. cuius lōgitudo eſt vniꝰ
brachij. ſup quā eſt ſemē in figura ſua a medie
tate ipſius ſupra. Et habet radices molles et
plures. ſup quas ſunt pili albi vt groſſitudo di
giti. ⁊ reperitur in locis lapidoſis ⁊ humidis ⁊
vallibꝫ ⁊ ortis ⁊ pratis. Et illa quidem maior
eſt maioris virtutis q̄ꝫ minor.

## Operationes

¶ Galienꝰ. vi. ſim. far. cap̄. de Arnogloſſa ſiue A
plantago maior. Hec planta mixte cōplexiōis
eſt. Habet enī q̄d aquoſum frigidū. habet aūt
quid ⁊ auſterū quod eſt terreſtre frigidū ⁊ ſic
cum quare infrigidat ⁊ deſiccat. ⁊ ſm̄ ambo ſe
cunde eſt abſtantie. Quecūqꝫ aūt cū ſtipticita
te farmaca deſiccant omnibꝫ malis veteribus
vlceribꝫ ⁊ reumatibꝫ ⁊ putrefactionibꝫ conue
niunt. ⁊ ideo etiaꝫ diſſinterijs. nam fluxus ſan
guinis figunt.
¶ Et ſi quod guſtum eſt refrigerant ⁊ conſoli B
datiua ſimul ſunt maloꝝ vlcerum. tam recen
tium q̄ꝫ veterum. In oībꝫ aūt hmōi farmacꝫ
vel prima vel nulla vltima arnogloſſa eſt ꝓꝑter
ꝓportionem complexionis.
¶ Nam ⁊ ſiccitas participat ⁊ frigiditas non C
ſtupefactiue. ſꝫ ⁊ fructus eius ⁊ radices ꝯſimi
lis virtutis ſunt niſi qꝛ ſicciores ⁊ minꝰ frigide.
ſed fructus quidem plꝰ ſubtiliū partiū eſt radi
ces ꝟo plꝰ groſſaꝝ. Ipſa aūt folia herbe deſic
cate plus ſubtilium partiū ⁊ minꝰ frigide ſunt
virtutis. eius exalata ⁊ euaporata ſupfluita
te aquoſa. Ipſaꝝ ꝑterea q̄dē ergo radicibꝫ qui
dam ad dentiū dolorē vtunt̄ maſticando. ⁊ lo
tionibꝫ ipſaꝝ decoctaꝝ ad opilationes ⁊ epatꝭ
⁊ renū vtunt̄ eis.
¶ Sed ⁊ folijs ⁊ multomagis adhuc fructu.
Participant enim hec omnia abſterſiue virtu D
tis: quantum decet ea ſm̄ eſſe. Et in ipſa her
ba putatur ſuperari: tamen a multitudine hu
miditatis
¶ Pandecta cap̄. vt̄s. Arnogloſſa. i. plantago
vtilis eſt ad ſiccandū vulnera ⁊ mundificāduꝫ E
putredinem coꝝ. epar ꝯfortat. repugnat ſacro
igni ne corpus ambiat. valet etiā emorroidibꝫ

oēꝫ dolorē q̄ eſt ex ignis aduſtione refrigerat.
F ¶Succ⁹ eius cū albumine oui ſumpt⁹ liberat ictericū. vtilis eſt emoptoicis ⁊ diſſintericis. ⁊ q̄b⁹ fluūt mēſtrua vel emorroide. vulnera pulmonis curat. Radix ei⁹ in aqua cocta doloreꝫ dentiū mitigat: ſi os ex illa aqua lauet̃. Succ⁹ ei⁹ valet ꝯ opilatione renū. Delet maculas nigras. ⁊ ſtringit ſanguinē. Herba ipſa maſticata dolorē dentiū tollit. Succ⁹ eius datus q̄rtanario ante duas horas acceſſiōis ꝯfert. Valet etiā ad vulnera recentia cum axungia.

G ¶Sera. auct. Gal. Virt⁹ eius eſt q̄ incarnat. Et ꝯfert vlceribꝰ corroſiuis oībꝰ ⁊ putredini coꝝ. ⁊ ꝑpter h̄ ꝯfert vlceribꝰ inteſtinoꝝ. ⁊ incarnat fiſtulas ⁊ alia vlcera antiqua. Et ſemen ei⁹ ⁊ radix ſunt ꝓpinqua huic ꝟtuti: niſi quia ſunt ſicciora ⁊ fortiora. Et ſemen eius eſt multū ſubtile. ⁊ radix eius eſt groſſe ſubſtātie. ⁊ ipſa ꝯfert dolori dentiū q̄n maſticatur: ⁊ quādo fit collutio oris cum aqua eius.

H ¶Et ſemia q̄dē ⁊ folia ⁊ radix ſūt aperitiua opilationis epatꝭ ⁊ renū, ꝑpter abſterſionē q̄ eſt in eis. niſi q2 ſemē ei⁹ eſt forti⁹ in h̄ ſatꝭ. q2 in oībꝰ iſtis eſt ꝟtus q̄ abſtergit ſatꝭ. ⁊ fortaſſe eſt ꝟtus in hac herba dū eſt recens. niſi q2 vincit̃ ab humiditate q̄ eſt in ea. vnde nō eſt manifeſta ſua opatio ꝑpter ſuā victoriā humiditatis. ⁊ quando deſiccant̃ folia ei⁹ fit virtus ei ſubtilior ⁊ minus frigida. q̄m aquoſa ſupfluitas q̄ eſt in ea reſoluitur ⁊ deſtruitur.

I ¶Et idem auc. Alexandri. Arnogloſſa retinet ventrem quando bibitur: ⁊ fit criſtere cum ea: ⁊ confert febribus tertiane et quartane quando bibitur ſuccus eius.

K ¶Dyaſ. cap. de arnogloſſa. Arnogloſſa cathaplaſmatibꝰ adhibita ſordida vulnera purgat ⁊ reumata ſiccat. Profluentibꝰ ſanguinē occurrit. Maculas nigras ⁊ epicetidas curat. ⁊ cicatrices vulneꝝ facile ducit. Semē ei⁹ tunſum ⁊ in puluerē redactū ⁊ vulneri aſperſum ſanat. Vſtionibꝰ ſingulare p̄ſidium eſt.

L ¶Morſibꝰ caninis auxiliuꝫ p̄ſtat. ⁊ tumoribꝰ ⁊ ſcrofis maxime ſi cū ſale imponat̃. Cocta ꝟo folia ipſi⁹ cum aceto ⁊ ſale diſſinterijs ⁊ celiacis opitulant̃. maxime ſi cū lenticula adhibeatur ydropicis cocta ſuccurrit. Epilenticis ⁊ aſmaticis ꝓdeſt accepta. Succus eius vulnera oris purgat gargariſmo.

# Capitulum. cccxxxiij.

P Lātago minor Sera. li. ag. c. Liſen ⁊ eſt plantago. Cui⁹ due ſunt ſpecies ſcꝫ maior ⁊ minor. De maiori iā dictū eſt. Sed minor habet folia ſubtiliora ⁊ minora



⁊ tenuiora q̄ȝ folia maioris. ⁊ habet ꝟgam que inclinat̃ verſus terrā: multos ramulos habētem. ⁊ flos ei⁹ eſt croceus. ⁊ ſemen ei⁹ eſt in radice lingue. ¶Dyaſ. c. Arnogloſſos. Eius genera ſunt duo. Unū dr̄ polipleuron. Eſt etiam aliud dr̄: ſed min⁹. Minus ꝟo habet minuta folia ⁊ anguſta ⁊ lenia. ꝟga ei⁹ multos habet angulos inclinata ad terrā. florem viridem hn̄s. ⁊ ſemen ſuper ipſam virgam. Naſcitur ꝟo in cardiarijs locis.

## Operationes.

¶Dyaſ. c. de Arnogloſſa inq̄t. Minoris plantaginis ſuccus collutioni datur oris ex folijs ⁊ ſanguinantes gingiuas curat. A

¶Item ſuccus tepefactus fomēto ventris dolorem tollit. Succus bibendus eſt eis q̄ purulenta reijciūt cum ſanguine. In ſerpētꝭ morſu plantago minor trita cū vino ſumit̃. B

¶Comeſta autem ſola vel cum lenticula cocta ⁊ oleo viridi cum aceto diſſintericos ⁊ ſtomaticos curat. Si cui vulnus ſecus oculum vel naſum natū fuerit: ſuccus eius cum lana molli impoſitus ꝑ dies nouem curat. C

¶Itē ſucci ei⁹ coclearīū vnū bibituꝫ lūbricos excludit. ſilr̄ fac piſtura ī vmbilico poſita. Si D

q̄ duricies ī corpe naſcit̄ herbā piſtatā cū axun
gia ſine ſale q̄ſi malagina impone. Succ⁹ ei⁹
in aq̄ mulſa ante duas horas acceſſiōis potui
da q̄rtanarijs ⁊ miraberis ei⁹ effectum.

E ¶ Ad podagrā ⁊ omnem neruoꝝ dolorē vel tu
morē: folia ei⁹ piſtata cū modico ſale optimuꝫ
eſt. vulnera recentia cū axungia veteri curat ſic
⁊ parotidas. Si cui pedes doluerint ex itine
recū aceto impoſita tumorē ⁊ dolorē tollit. Fi
ſtulas tunſa ⁊ impoſita facilime ſanat.

F ¶ Om̄es difficultates veſice folia et radix ei⁹
potata fortiter medentur. quia abundāter in
frigidant ⁊ deſiccant ⁊ reprimunt. ꝓpter qḋ ad
vlcera maligna ⁊ reumatica ⁊ putrida iuuant
Herba ipſa diſſintericos iuuat: ⁊ emorroidas
reprimit. Uſta infrigidat ⁊ glutinat. deſiccat
eciā abſq̄ mordicatione.

G ¶ Semē aūt ei⁹ ⁊ radix ſilia ſūt ſ̄tute. ꝓpter qḋ
ſicciora ſūt ⁊ min⁹ frigida. Semē p̄terea habꝫ
ſubtiliādi ſ̄tutē. folia extenuādi. radix īpinguā
di q̄ maſticat̄ in dolore dentiū. Ad oris etiā la
uationē facit ⁊ epatis ⁊ renum emfraſim.

H ¶ Multi dicunt radicem eius collo ſuſpenſaꝫ
ſcroſas naſci non dimittere. Hec predicta etiā
Serapion refert auctoritate Dyaſcoridis: licꝫ
per alia verba.



# Capitulum. cccxxxiiij.

P Latan⁹ arbor. Pādecta. ca. cclxxvij.
Dulb vel baccam arabice. grece ſuffi
re. latine platan⁹ arbor vel ſcotanum.
Ubi ſciendū q̄ ſcotanū q̄ in Hiſpania tingūt̄
pāni. ⁊ nos vocam⁹ cā barzi. ⁊ eſt platan⁹ arbor
vt pꝫ p ꝯcordiā Auicēne ei⁹ cap. cū Dyaſ. cap.
de platano. ⁊ ꝓfert velut nuces paruas. vt Jo.
ſerap. ca. de dentifrigijs. Item in Dyaſco. ſm
tranſlationem arabicā ca. de Platano. Arbi
tror platanū eſſe dulb. Item Stephan⁹ cap.
de platano. Platan⁹ eſt dulb. Sera. li. ag. cap.
Dulb. auctoritate yſaac. Dulb eſt arbor mag
na extenſa. habēs folia magna ſimilia palme
manus hoīs ſimilia folijs kerue. niſi quia ſunt
minora. quoꝝ ſapor eſt amarus pontic⁹. ⁊ cor
tex ligni ei⁹ eſt groſſus rubeus. Color ſo ligni
eius qn̄ ſcindit̄ eſt medius inter glaucedinem
⁊ rubedinē. ⁊ habet florem paruū lenem glauci
coloris. In cuius loco qn̄ cadit naſcit̄ granum
aſperū glaucū vergens ad ruborē. puluerulen
tum in ſuperficie ſicut granum catapucie. hec
in Hyſpania vocatur palma chriſti. cum qua
ibidem tinguntur panni. ſimiliter folia ei⁹ ſimi
lantur folijs ellebori nigri. ¶ Gal. vij. ſim. far.
cap. de Platano inquit. Subſtantia eius eſt
fri. ⁊ hu. nō longe a rebus temperate cōplexio
nis. Dyaſco. cap. de platano. Platanus habet
virtutem fri. et hu.

## Operationes.

¶ Galien⁹. Folia eius recentia qn̄ teruntur et A
ponunt̄ ſicut emplaſtꝝ ſup apoſtemata q̄ fiunt
in geniculis: ſedat eas ſedatione manifeſta. ſꝫ
corticis eius ſ̄tus eſt q̄ deſiccat adeo q̄ cortex
ſpe coquit̄ cū aceto: ⁊ ꝓfert dolori dentiū.

¶ Nux vero eius qn̄ adminiſtratur cū axun B
gia: confert apoſtematibus que accidunt a cō
buſtione ignis. Cortex eius qn̄ cōburit̄ eſt me
dicina deſiccatiua abſterſiua. Confert egritu
dini cū qua eleuat̄ cutis ⁊ cinis ei⁹ curat vul
nera in q̄bꝫ eſt ſordes ⁊ putredo. ꝓpter nimiam
humiditatem exiſtentem in eius loco.

¶ Et oportet q̄ caueatur multum a puluere q̄ C
eſt in folijs eius ⁊ in fructu. quia eſt nociuus
valde canne pulmonis. Ideo q̄ deſiccat mul
tum et inducit aſperitatem. ⁊ nocet voci et lo
cutioni: ⁊ etiam viſui ⁊ auditui: ſi cadit in auri
bus vel in oculis.

¶ Dyaſ. Emplaſtꝝ eius ſedat apoſtemata ca D
lida q̄ fiūt in genu. Et qn̄ cortex eius ⁊ nux ei⁹
cōburunt̄. ⁊ fit emplaſtꝝ cū eis ⁊ adipe porci
na aut arietina ꝯfert vlceribꝫ putridis. Simi
liter ⁊ eius cinis facit ſolus hoc.

E ¶Et qñ coquūtur folia eiꝰ recentia cum vino. ⁊ fit emplaſtrū cū eis: ꝓhibet curſum humorum ad oculū. ⁊ reſoluit apoſtemata flegmatica. et qñ cortex coquitur cum aceto: ⁊ fit collutio cum eo: cōfert dolori dentium.

F ¶Et qñ fructus eius recens bibitur cum vino confert morſibus venenoſis. ⁊ quando adminiſtratur cū axungia curat cōbuſtionē ignis. Et puluis folioꝝ eius quando cadit in oculuꝫ aut aures nocet multuꝫ. Similiter et puluis q̄ eſt ſup fructum eius.

G ¶Cortex eius cum vino ſcorpionum ictus reſtringit. Lanugo foliorum oculis et auribus eſt inutilis.



## Capitulum. cccxxxv.

p Aliurus. vſō. Paliurꝰ eſt herba aſperrima ⁊ ſpinoſa. Gloſa ſuper Eſaiam xxxiiij. c. Paliurꝰ tanta ſpinaꝝ circūdatione denſcit. vt pro aſperitate vix tangi poſſit. Pliniꝰ li. xiij. Cirenaica regio. lothon prepoſuit ſue paliuro. Fructicoſior eſt hec fructuqꝫ magis rubeus. cuius nucleus nō ſimul manditur. Jocundus p ſe: atqꝫ ſuauior vino. quin ⁊ vina ſucco ſuo cōmendans.

## Operationes.

A ¶Pliniꝰ li. xxiiij. Paliuri quod eſt genꝰ ſpine: ſemen eius afari zuram vocant. Cōtra ſerpentes efficaciſſimum eſt. Item calculoſis et tuſſi folia vim aſtrictoriā habent.

B ¶Radix diſcutit panos: collectiōes vomicas vrinas trahit potata. Decoctū eiꝰ in vino aluū ſiſtit. Serpentibꝰ aduerſatur. Radix ꝑcipue datur in vino. Bacce purgationi mulieꝝ ꝓſunt. Ciliacis. diſſintericis. colericis ꝓdeſt. radix decocta ⁊ illita extrahit infixa corpori. Utiliſſima qꝫ tumoribꝰ eſt ac luxatis.

C ¶Dyaſ. Paliurꝰ eſt q̄ ab aliis acus palearis dr̄. vel cicer domeſticū vocatur. Folia eiꝰ ⁊ radix ſtiptice virtutis ſunt. ita vt ventrē fluentē conſtringant. In h̄ qꝫ dyaforetice virtuti ꝑncipāt. vt in veſica lapides frangāt. ⁊ ex torace atqꝫ pulmone ſputamina flegmatica cum humore educant. Dicitur ⁊ lauaria. eo q̄ plerique ex ea lauant. Semen illiꝰ bibitū tuſſim cōpeſcit Lapides veſice frangit. morſibꝰ venenatis occurrit.

D ¶Eius elixatura bibita ventrē ſtringit. vrinā ꝓuocat. Venenis acceptis obuiat. Folia eius vt cathaplaſma impoſita curant apoſtemata ſi ſint recentia. radicibus quoqꝫ ſicut ⁊ foliis eſt virtus ſtiptica.

## Capitulum. cccxxxvi.



Universidade do Minho
Biblioteca Pública de Braga

P Aſtinaca domeſtica yſidor⁹ dicit: eo
q̃ radix ei⁹ ſit p̃cipu⁹ hoīs paſtus. Eſt
eñ odorati iocũda: cibo delectabilis.
Pallad⁹ li. iij. Paſtinaca vere ſerit. Primo ſe
mine ponit ⁊ plantis loco pingui ⁊ ſoluto alti⁹
paſtinaco. raraq̃z ſtatuẽda eſt robur accipiat.
¶ Plini⁹ li. xix. Lignoſiora ſunt ortulana q̃dã
a nobis poſita in cartilaginũ genere. mirumq̃z
ſaporis vehementiã oĩbꝫ ineſſe. Ex his vnũ
eſt gen⁹ paſtinace ſed agreſte qḋ ꝓuenit ſponte
ptica.¶ Et idē aucto. Gal. viij.li. epidimiaꝝ C
Sceba aſſimilat̃ abſinthio in figura ꝛ ſapo
re. Sed differētia inter ea eſt ꝙ nō eſt ſtipti
cū ſicut abſinthiū: ꝛ ꝙ calefacit plus eo.ꝛ a
maritudo ei⁹ eſt plus cū pauca ſalſedine.
¶ Et idem aucto. Gal. viij. ſim. far. ca. ſceba. D
Sceba ſimilis eſt abſinthio ſm̄ ſpeciē ꝛ ſm̄
guſtum.tamen differūt in guſtu et virtute.in
guſtu quidem in eo ꝙ cum ſtipticitate mag̃
calefacit ꝛ amaricat cum quadā ſalſedine.
¶ In virtute vero in eo ꝙ cū menſuratuꝫ eſt. E
ꝛ mag̃ abſinthio interficit lumbricos extor
ſum appoſitum ꝛ intra corpus aſſumptū.ꝛ q̄
dem calefacere in ſecūdo gradu intenſe ponē
dum eſt.id ſiccare vero in tertio.
¶ Galien⁹. viij. ſimpliciū farmacoꝝ ca. chru F
ſicos. Chruſicos ſiue barba iouis ſiue ſtica
dos citrinū vocatur.chruſicos acrem ſimul
ꝛ ſtipticam preualentē habet virtutem.
¶ Serapion cap̄. ſceba. Sceba vł ſticados G
citrinum coquitur ſola: ꝛ bibitur ꝛ interficit
vermes: ꝛ expellit eos cū laxatione leui. Et
quando coquitur cum lentibus ꝛ bibitur: fa
cit hoc. Et pecudes impinguantur quādo co
medunt eam.¶ Et idem auctoritate Galieni H
Uirtus ſcebe diuerſa eſt a virtute abſinthij.
Nā ſceba nocet ſtomacho: ꝛ occidit vermes
plus q̄ꝫ abſinthium quādo ponitur exterius
vel ſumitur intus. Et eſt calida in ſcd̄o gra
du.ſicca in tertio.

# Capitulum.cccc.xlviij.





ſpica celtica. Pand. ca. cliiij. Celtica
ſ grece. Arabice ſymbel romana. latie
vero ſpica celtica. Dyaſc. ca. Celtica
Naſcit in illirico. nomē hñs apud eos hoc.
Et i ſyria naſcit ꝛ in italia. hñs fruct⁹ ſup ter
rā breues ꝛ ſpiſſos. Colligit āt a ciuib⁹ cū ra
dicib⁹ q̄ faſces faciūt q̄tū plena māu ꝯtinere
pñt. ꝛ ab aliis faſces gallice appellāt. hec hꝫ
fo. oblōgat nō lata: mellinū florē. odorē circa
ſe ſuauē ꝯtinēs. Utilior ē recēs odore ſuauis
radicib⁹ plēa vel ſpiſſa ꝛ n̄ fragil. q̄ ſi talis fue
rit ſilis i ꝟtute poterit eē ſyriace. Eſt ca. ꝛ ſic.
hñs naturā ſpice inde: ſed debilior ſicca. Eſt
alia nard⁹. i. celtica montuoſa q̄ naſcit in ſici
lia ſimilitudinē hñs in foliis ꝛ ramis yringo.
Sꝫ ſpica breuior ē. ꝛ ſpinoſas radices mittēſ
duas aut tres odore ſuaues. ꝛ nigrioꝝ colo-
ris ſilis aſſod illi radicib⁹. Hec nec florē nec
ſemen hꝫ. ſed virtus eſt illi ſimilis prime.

## Operationes

A ¶ Dyaſ. Prima ei⁹ virt⁹ diuretica eſt. ꝛ pdeſt
ſecoris tumori ꝛ vetericis cū morbo regio.
B ¶ Inflatiōes ſtomachi cū aq̄ vbi abſinthiū
C decoctū eſt diſcutit. ¶ Spleni medet: veſice
D ꝛ renib⁹ vtile eſt. ¶ Sed ꝛ morſib⁹ venenatis
cum vino data opitulat mala ginatibus culi
dis. Et vnctionibus miſcetur.

## Capitulum. ccccxlix.

ſpica nardi ſiue nard⁹. Iſi. li. etymo.
a Nardus ē herba ſpicoſa. Uñ ꝛ a gre
cis nardoſtacos ē appellata. Hui⁹
alia indica alia ſyriaca vocat. nō q in ſyria na
ſcat: ſed q alio latere indiā. altero ſyriā ſpe-
ctet mons in q̄ inuenit. Idē. Nardū indicum
eſt multiforme ſꝫ meli⁹ ſyriacū leue. fuluū co
moſum ſpica paruū: odoratiſſimuꝫ ciperū ſi-
milans. Qd ſi multū in ore tardauerit linguā
ſiccat. Nardū celticū de q̄ ſupra dictū a regi-
one gallie nomē traxit. naſcit eni ſepi⁹ in ligu
rie alpib⁹. ꝛ i ſyria frutice paruo radicib⁹ i ma
nipulos collectꝭ ligamētis. flos ei⁹ tm̄ ppter
bonū odorē accipit. turſi ei⁹ ꝛ radicule vſib⁹
nr̄is vtiles pbant. ¶ Pla. Spicanardi ca. in
i. gra. ꝛ ſic. in. ii. Eligēda ē illa q̄ ſuauiter redo
let q̄ in guſtu ē acuta. aliq̄ntulū ſubamara. ha
bens aliq̄d ponticitatꝭ i carne ruſa. Cū āt in
medicis ponit: abiiciēdū ē q̄ddā albū qd inte
ri⁹ ē. ꝛ q̄ddā nigꝝ qd ē exteri⁹. Spicanardi q̄
nigra ē vel terrea nō dꝫ poni i medicis. Ha-
bet aūt ꝟtutē ꝯfortatiuā ex aromaticitate et
pōticitate. ꝛ diureticā ex q̄litatib⁹ ſuis ꝛ ama
ritudie. Per. x. ānos ſuari pt i loco ſicco ꝛ nō
humecto. ¶ Actor ex gloſis. Nard⁹ ē herba
hūilis: calēs ꝛ redolēs, de q̄ fit vnguētū pre-

cioſum.maxie qn̄ nō ſolū de radice:ſꝫ de ſpi-
cis ꝛ folijs cōficitur.nec alijs herbis adulte
raẛ.Tunc eni piſticum.i.fidelis dicitur.

## Operationes

A ¶Pla.Cōtra ſincopim ꝛ cardiacā paſſioneꝫ
limphaẛ vinū patientꝫ ex aq̄ roſacea decocti
onis eiꝰ.vel ex tali aq̄ addito zuccaro fit ſy-
B rupus.¶Cōtra debilitateꝫ cerebri applicaẛ
narib9.Cōtra frigidū reuma puluis eiꝰ i oleo
decoquiẛ.ꝛ cum digito narib9 imponiẛ.Tale
oleū multū ɔfert ꝫ ſurditatē ex frigido ſtoma
cho.ꝛ ꝫ putredinē auriū poſt apoſtemata.
C ¶Cōtra frigiditatē ſtomachi ꝛ indigeſtionē
ꝛ opilationē ſplenis ꝛ epatꝫ ex frigido hūore.
valet vinū decoctiōis eiꝰ.Cōtra putredineꝫ
gingiuaꝝ puluis eiꝰ ſupponiẛ.valet ad matri
D cē mūdificandā ꝛ ɔceptū adiuuādū.¶Oleū
fit ex ſpica nardi qđ eſt optimum ꝫ paraliſim
epilentiā arteticā ꝛ podagrā:ſumptū p̄ os vel
inunctū.fit aūt p̄cioſiſſimū vt dicit Dyaſc.h̄
modo.Accipiūt.l.libras ſpicenardi ꝛ ponūt
in olla:cuiꝰ os bene obturāt.aliā ollā i terra
infodiūt:ꝛ a fundo ſupioris olle deſcēdit ca-
lamꝰ ad inferiorē ollā.circa ſupioreꝫ faciunt
ignē.q̄ exoluit:deinde effluit oleū p̄ calamū
in inferiorē.Et ex.l.libris nō fiūt niſi q̄nqꝫ vł
vi.vncie.Quidā vero puluerē ſpicenardi di-
mittūt in oleo p̄.xx.dies:poſtea buliūt ꝛ be-
E ne colant ac reſeruāt.¶Conſtā.in libro.gra.
Spica epar ſtomachūqꝫ ɔfortat.ꝙ dolorem
ab eis amputat.Eius apozima bibitū renes
ꝛ veſicā ab oī ſordicie mūdat.Urinā et men-
F ſtrua puocat.¶Albertꝰ in li.de na.rex.Spi
ca yctericiā ex opilatiōe fellis ꝛ epatꝫ curat.
Humorib9 a capite ad pectꝰ ꝛ ſtomachū de-
ſcendētib9 reſiſtit.Uentoſitatē inteſtinoꝝ
amputat.Mulierib9 ſuppoſita ſanguis flu-
xū ɔſtringit.Sup̄ empetigines fricata eas
oīno mūdificat.Cū aqua frigida potata ab-
ominationē ꝛ cordis tremorē tollit.Cū ſapa
bibita libidinē augmētat.Cū vino p̄pinata
ꝫ morſus ſcorpionis atqꝫ ſerpentꝫ valet.Col
liriū ex ea factū hūiditatē ſalſi flegmatꝫ deſic
G cat.Piloſqꝫ palpebraꝝ ɔfortat.¶Dyaſ.Nar
dus eſt herba ſpicoſa.Huiꝰ genera duo ſūt.
ſcꝫ Indicū ꝛ ſyriacū.Montis eni in q̄ naſci
tur vna p̄s in indiā porrigiẛ.Altera in ſyriaꝫ
ſpectat.In illa q̄ ſyriā reſpicit inueniẛ nardꝰ
lenis ac rufa multis capillis illigata.ſuaueꝫ
habens odorē vt cyperū:ꝛ ſpicā breuē.Que
in ore miſſa ſuauitatē habet cū amaritudine.
ſi vero in ore diu citius teneaẛ linguā ſiccat:
Ex parte aūt Indie:nardus inueniẛ ſine vir
tute generans ſpicā oblongā ac multuꝫ ſpiſ-
ſam:ac ex vna radice multos ramos gene-
rans in circuitu.nō vtiles in odore.In acu-
mine vero eiuſdē montꝫ,q̄ aqua non infeſtaẛ.
vtilior odore naſciẛ.folijs cipro ſimilib9.Alia
quoqꝫ inueniẛ apud ſyrios:ſpicā hn̄s oblon-
gam:ſubalbidam fruticem maiorē cū odore
nō valde ſuaui.Omniū autem p̄dictarū vir-
tus vnctualis eſt.Calefaciūt mediocriter:ꝛ
deſiccant abundanter.
¶Auicēna.Spice ſpecies vna eſt aromati- H
ca.ꝛ eſt albū ſpica.Altera vero neriden ꝛ ſpi-
ca romana.ꝛ alitbiti a debilior eſt inda.ſyreni
virtute p̄xima.Arbor eius parua eſt.que cū
luto ſuo euellitur.ꝛ quādoqꝫ planta ſibi ſimi-
li adulteraẛ.Sed inter eos diſcerniẛ.ꝙ plan
ta illa horribilis odoris inuenitur.
¶Eſt preterea quedā montana cuius ſunt vt I
croci ortulani folia.ꝛ ſimiliter eius ſtipites.
ſed citrini ſunt ꝛ plani nō in modum rhetis
inuoluti.Duas vel plures habꝫ radices:ſed
crus non habet nec fructum nec florem.Me
lior eſt illa cuius pili ſunt plures ad rubedinē
declinās boni odoris vt ciperi:ſua ſpica lin-
guam mordicans.Et hec ē ſyra q̄ multos ef-
fectus habꝫ in medicina.Calida eſt in p̄mo.
ſicca in.ij.Eſt aperitiua reſolutiua.



## Capitulum.cccl.

ſ pinachia. Pandecta ca. dcliij. Spinachia latine. Grece aſpenach. Serap li. aggre. ca. aſpenach. Aſpenach ſunt fri. in fine primi gradus.

## Operationes

A ¶Serapion. Spinachia leniũt vẽtrẽ ⁊ cõferunt dolori pectoris ⁊ pulmonis q̃ fiũt a colera ⁊ ſanguine. Nutrimentũ eoꝝ eſt melius nutrimento attriplicis. et oꝑatio eoꝝ prope operationẽ eius. ⁊ ſunt lenificatiua.

B ¶Et ipſius nutrimentũ melius eſt nutrimẽto criſolocanne. Et in ipſis eſt virt⁹ abſterſiua: lauatiua. ⁊ vincunt coleram.

C ¶Et forte aſſe reſtringũt ſtercus a iure eoꝝ. Ergo auferantur a iure ſuo. Et ſi comedant cõferũt anhelitui ⁊ pectori ⁊ pulmoni calide. ⁊ confert doloribꝰ dorſi cõſanguineis. Et eſt lenificatiua ventris.



## Capitulum. cccclj.

ſ pina. Iſidorus libro etymologiaꝝ. Spina in egypto celebratur circa thebas dũtaxat nigra. Quoniã incorrupta etiam in aquis durat. ⁊ ob id vtiliſſima nauium coſtis. Candida facile putreſcit. Aculeus ſpinarũ ⁊ in folijs. Semen in ſiliquis coria perficiunt galle vice. Flos et coronis iocundus: ⁊ medicamentis vtilis. Manat ⁊ gummi ex ea. ſed precipua vtilitas q̃ ceſa tertio anno reſurgat. ¶Ariſtotiles libro de vegetabilibꝰ. Spine non ſunt de genere nec natura plante. ſed humor ⁊ frigus aſcendit. ⁊ cũ eis parua decoctio. illudq; coagulat ſol. ⁊ ex illo ſunt ſpine. fitq; forma piramidalis in ſpina, quoniã aer cũ elongatus fuerit ab aliqua planta augentur partes eius cũ extenſiõe materie. ¶Plinius libro. xij. In india eſt ſpina: ſed depꝛehenſa in lucernis igne, ꝓtinus tranſiliente. India fert in ſpinis ſimilitudinem piperis. amaritudine ꝓcipua: folijs paruis denſiſq; cipri modo. ramis cubitorum trium cortice pallido: radice lata ⁊ lignoſa buxei coloris. Hac in aqua cũ ſemine excepta. in ere vaſe medicamentũ efficitur. quod litione vocatur. Eadem ſpina i Pelio monte naſcitur: qua medicamentũ adulteratur. Gens indis cõtermina vocatur Ariana. cui⁹ ſpina lachrymarũ eſt precioſa myrrhe ſimilis. acceſſu ꝓpter aculeos anx ſolauri folia. Ibidem ſpina eſſe tradita eſt. Cuius liquor aſperſus oculis cecitatem omnibꝰ animalibꝰ infert. In egypto naſcitur aſpalachros ſpina candida. magnitudine arboris modice flore roſe. Radix eius vnguẽtis expetitur. Tradunt in quocũq; frutice curuetur arcus celeſtis. eandẽ quecũq; ſit aſpalatri ſuauitatẽ odoris emittere: ſed in aſpalatro inenarrabilẽ quandã exiſtere. Huius ꝓbatio eſt in colore rufo vel igneo. Tactuq; ſpiſſo ⁊ odore caſtoreo. Idez libro. xiij. In egypto celebratur ſpina dũtaxat nigra. q̃m in aquis durat ⁊ incorrupta manet. Et ob id nauiũ coſtis, vtiliſſima. Candida vero facile putreſcit. Manat et gũmi ex ea ⁊c. vt ſupra. Nec obmittendũ eſt etiã q̃ in babylone ſeritur in ſpinis. quoniã nõ alibi viuit. Et eſt ſicut viſcũ in arboribꝰ. ſed illud in ſpina tantũ que regia vocatur. Mirumq; q̃ eadẽ die germiat q̃ iniectum eſt. Iniicitur autẽ ipſo canis ortu. Et arborem celerrime occupat. Vinũ ex ea condiũt. ⁊ ideo ſeritur. Spina hec naſcitur et Athenis etiã longis muris. ¶Idem libro xvij. In calabria eſt ſpina ſilueſtris: q̃ ꝑ inciſionem vtiliter mirtos ⁊ ſorbos recipit.

## Operationes

A ¶Auicenna. Spina alba frigida eſt et ſicca in primo. Cõfert mollificationi ſtomachi. decoctio eius confert inſtrumẽtis iuncturarũ ⁊ podagre. Spina iudaica calida ẽ ſubtiliatiua reſolutiua. Confert alcu; et ⁊ ſputo ſanguinis. Ex ei⁹ decoctiõe colluitur os ad do-

lōꝛem molaꝝ. Spina egyptiaca frigida in p̄
B mo. ſicca in ſecūdo. ¶ Exiccatiua eſt ⁊ catar
ros abſcindens. Confert apoſtematibꝰ gut-
turis ⁊ ſtomachi. Radix eius et ꝓpꝛie ſemen
eius vehemētis ſunt conſolidationis.
C ¶ Idem in codē Zedeguaro eſt ſpina alba: q̄
ſpinas habet ſiles folijs amomi. ſed ſubtilio-
res ⁊ albioꝛes. floꝛē purpureum. ſemen rotun
dum. Stipes eiꝰ quandoqꝫ ꝑuenit ad duos
D cubitos. ¶ In ipa eſt retentio fluxus ſangui
nis. confert apoſtematibꝰ flegmaticis ⁊ ſpaſ-
mo ⁊ ſputo ſanguinis ſolutioni antique. Fe-
bribꝰ flegmaticis longis ⁊ oībus febribꝰ an-
tiquis. debilitati quoqꝫ ſtomachi: ⁊ aperit o-
pilationes. Maſticata ⁊ poſita ſup puncttu-
ram ſcoꝛpionis: attrahit venenum.
E ¶ Semen eiꝰ bibitū cōfert moꝛſure veneno-
ſoꝝ reptiliū. Collutio oꝛis ex eius ſucco fa-
cta ſedat doloꝛē dentiū. Radix eiꝰ eſt infrigi
datiua ⁊ exiccatiua cū reſolutiōe quadā.
F ¶ Pli. li. xxiiij. Spina arabica ſpiſſat ſtrin-
gitqꝫ diſtillationes oēs ⁊ ſanguis excreatio-
nes: menſiūqꝫ abundantiā. etiaꝫ nunc radice
valentioꝛ. Spine albe ſemen cōtra ſcoꝛpio-
G nes auxiliatur. ¶ Coꝛona ex ea impoſita ca-
pitis doloꝛē minuit. Huic ſimilis eſt ſpina il
la quā greci Achonton dicūt minoꝛibꝰ mul-
to folijs aculeatis p extremitatē. ⁊ araneoſa
lanugine obductis. Qua collecta etiam ve-
ſtes quedā in oꝛiēte fiūt ſimiles bombicinis
Ipaqꝫ folia vel radices ad remedia bibunt̄.
H ¶ Eſt ⁊ alia quā nos rubeaꝫ dicimꝰ: qua lane
tingunt̄: pelleſqꝫ ꝑficiunt̄. In medicina vrinā
ꝓcit: moꝛbūqꝫ regiū ſanat: ⁊ yſchiaticos ac
paraliticos. Radix ſemenqꝫ menſes trahūt:
aluū ſiſtunt: ⁊ collectiones diſcutiunt.
I ¶ Contra ſerpentes rami cū folijs imponun
tur: folia eius capillū inficiunt. Eſt et paliu-
K rus genus ſpine. ¶ Actoꝛ de Achanto et ru-
bea ⁊ paliuro ſuperiꝰ diximꝰ. Inter quas ni
mirum ponit eas Iſidoꝛus.

# Capitulum. cccclij.

Quinantum. Pandecta capit. xvij.
ſ Adcher arabice Grece ſquinum; La
tine ſquinantū. Squinantum dicit̄
palea cameloꝝ. qꝛ cameli eam comedūt. Eſt
eni calide ⁊ ſicce cōplexionis in p̄mo gradu.
⁊ reperit̄ in Affrica ⁊ in Apulia. p decenniū
ſeruatur. Eligendum eſt quod ſubalbidū eſt.
Si autē inuenit̄ quoddam durū ſicut lignū
circa ſtipitem abijciatur. ⁊ ſtipes eiꝰ eſt ſimi-
lis ſtipiti cypri. ¶ Dyaſcoꝛides ca. de ſquino.
Squini duo ſunt genera. Unuꝫ oxiſchinos
appellatur. qꝛ acutū ſemen habet alterū. ve-



rū ſemē hꝫ nigrū rotundū ⁊ groſſius p̄dicto.
⁊ eſt foꝛte tertiū genus ſquini paulo groſſius
ſupradictis: q̄ creticus ſiue oloſquinꝰ. ¶ Se
rap. li. aggre. ca. adcher. Adcher. i. ſquinan-
tum. ⁊ eſt herba hn̄s radices ſub terra. et ra-
mos ſubtiles. ⁊ eſt ſicut radix culē. niſi qꝛ eſt
latioꝛ. ⁊ hꝫ fructū fere ſimilem floꝛibꝰ camaꝝ.
niſi qꝛ eſt ſubtilioꝛ ⁊ minoꝛ. ⁊ naſcit̄ in inſulis
⁊ in pratis. ⁊ foꝛtaſſe ex eo repletur tota terra
vbi naſcit̄. ⁊ qn̄ deſiccat̄ fit albū. ¶ Et idē au
cto. Iſaac. Squinantū eſt herba palearis. ⁊
hꝫ ramulos ſubtiles duros. i capitibꝰ ramu
loꝝ ſunt ſpice piloſe. ⁊ illi pili ſunt floꝛes eiꝰ.
⁊ hꝫ bonū odoꝛē. ⁊ vene coꝛticis eiꝰ ſūt nigre
⁊ interiꝰ albe. ⁊ ſapoꝛ eius eſt amarus. Et qđ
de ipſo adminiſtrat̄ floꝛes radices et folia.
¶ Galienꝰ. Floꝛis eiꝰ ſubſtātia nō eſt longin
qua a ſubtilitate. et in ſapoꝛe eiꝰ ē ſtipticitas
pauca minoꝛ caliditate ipſiꝰ. Et virtꝰ ipſius
eſt virtꝰ que calefacit moderate et ſubtiliat.
Item Gal. viij. ſim. far. ca. ſquinantū. Squi-
nantū calefacit moderate ⁊ ſtipticat modera-
tius adhuc ⁊ a ſubtiliū partium ſubſtātia nō
alienum. Et idem Serapion auct. Dyaſco.
Melius ex eo nouū in quo eſt rubedo plu-
rium floꝛum. Et quādo ſcinditur apparet in
eo coloꝛ purpureꝰ: ⁊ ē ſubtile: ⁊ i odoꝛe ſuaue

Et quādo defert in manibꝰ habet odoreꝫ bo
num. ꝛ quādo maſticatur mordicat linguam.
ꝛ pungit punctione pauca. ꝛ quod in viſu ve
nit ex eo eſt flos eiꝰ et canne radicis ipſius.
¶ Auicēna auctoritate Dyaſcoridis. Squi-
nantum eſt duarū ſpecierū. Una earꝫ eſt que
nō habet fructum nigrum. ꝛ habet folia ſicut
cauda equina. Et idem opiniōe ꝓpria. Squi-
nantum ex eo aliud eſt arabicum ꝛ boni odo
ris. ꝛ aliud eſt aginum quod eſt minutum: et
eſt durius ꝛ groſſum: ꝛ eſt terreum: ꝛ non ha-
bet odorem. Melius ex eo eſt Arabicum
rubeum fortioris odoris. ſed illud quod ē ſu-
pra ipm ad aliquātulum declinat rubedineꝫ.
ꝛ cū ſcinditur fit purpureū mordicās linguā
ꝛ adurens eam ſua acuitate. ꝛ in aginio ē vir
tus infrigidatiua. ꝛ eiꝰ radix eſt vehementio
ris ſtipticitatis. ꝛ eius flos calefacit parum.
ꝛ eius ſtipticitas eſt minor calefactione ipſi-
us. ꝛ eſt aliud arabicum. Sed in ſua natura
eſt calida ꝛ ſicca in ſecundo gradu.

## Operationes

A ¶ Dyaſco. Squinantū in vino decoctū ꝛ ca
thaplaſmatū pudēdis mēſtrua educit. Strā
guiriam ꝛ diſſuriam ſoluit.
B ¶ Sera. Squinantū ꝓuocat vrinā et men-
ſtrua qū bibit̄. aut fit ex eo emplaſtrū. cōfert
apoſtematibꝰ epatis ꝛ ſtomachi. Sed radicis
eiꝰ ſtipticitas eſt amplior ſtipticitate floris. ꝛ
caliditas eſt minor caliditate ipſiꝰ. ꝛ propter
iſtā ſtipticitatē accidit ꝙ admiſtrat̄ ad fluxū
C ſanguinis. ¶ Dyaſcorides cap. de ſquinanto
Flos eiꝰ eſt ſtipticus ſtipticitate pauca. cale
factiuus: maturatiuꝰ: mollificatiuꝰ. frāgens
lapidem: aperitiuus orificiorū venarū. Pro-
uocatiuus vrine ꝛ menſtruorꝫ. ꝛ reſoluit in-
flationes: ꝛ inducit grauedinē capitis. ꝛ con
fert ſputo ſanguinis ꝛ dolori ſtomachi. ꝛ cō-
fert pulmoni ꝛ renibꝰ. Et miſcet̄ in confectio
nibꝰ medicinarum multarum.
D ¶ Et radix eiꝰ eſt ſtiptica. ꝛ ꝓpterea datur ex
ea pondus aurei. i. cū tantundem piperis ali
quot diebꝰ habentibꝰ nauſeam ꝛ hydropicis.
ꝛ habētibꝰ quaſſationē in neruis. ꝛ decoctio
eius cōfert apoſtematibꝰ matricis quādo fit
ſeſſio in ea. Et oleum ſquinanti cōfert omni-
bus ſpeciebꝰ pruritus. ꝛ illi qui eſt in anima-
libus. ꝛ expellit laſſitudinem. ꝛ eſt ꝯueniens
E ad albaras. ¶ Galienus. Squinantū eſt vri-
natiuū ꝛ menſtruorꝫ eductiuū potationibus
ſumptum. Iuuat autē ad eos qui ſm̄ epar et
ſtomachū ꝛ ventrem flegmones. Eſt autē ra
dix eiꝰ magis ſtiptica ꝙ flos. ſed flos calidi-
or. In omībꝰ vero partibꝰ eiꝰ: aliis quidem ma
gis: aliis aūt minꝰ apparet quedā guſtantibꝰ
ſtipticitas. ꝓpter quā ꝛ farmacis que emoptoi F
cis fiunt miſcet̄. ¶ Auic. Squinantū in eo
eſt ſtipticitas. quapropter cōfert eiꝰ flos flu-
xui ſanguinis vndecūq; fit. Et in eiꝰ oleo ſūt
reſolutio et attractio. ſed eiꝰ radix eſt fortior
in hoc. ꝛ cōſtringit naturā. ꝛ in ipo ſunt dige
ſtio ꝛ lenificatio: ꝛ orificia venarꝫ apit. ꝛ ſedat
dolores intrinſecos. ꝛ ꝓprie in matrice. et re-
ſoluit ventoſitates. ¶ Eiꝰ oleū ꝯfert pruritui G
ꝛ eiꝰ decoctio cōfert apoſtematibꝰ calidis et
duriciebꝰ intrinſecis. bibitū ꝛ ſuppoſitū ꝑ em-
plaſtro: ꝛ decoctū ꝛ apoſtematibꝰ frigidis in
viſceribꝰ. ꝛ cōfert lacertis conquaſſatis.
¶ Et confert ſpaſmo cū ex hoc bibit̄ quarta pō H
aurei cū pipere. ꝛ ipm remouet laſſitudineꝫ et
grauat caput. ꝛ ꝓprie illud qđ eſt ex eo aginū
Sed minutum eius facit ſodam. ꝛ groſſioris
ſemen facit dormire ꝛ ſtupefacit.
¶ Et totū ipſiꝰ cōfortat carnē rubeā q̄ eſt iter I
gingiuas. ꝛ deſiccat hūiditates ipſarꝫ. ꝛ eius
flos purgat caput. ꝛ ſquinantū cōfert dolori
pulmonis. ꝛ eiꝰ flos ꝯfert ſputo ſanguinis.
¶ Et radix eius cōfortat ſtomachum ꝛ appe K
titū. ꝛ ſedat nauſeam excepto aureo ex eo. ꝓ-
prie cum pondere ſui ꝛ pipere. ꝛ ipſiꝰ flos ſe-
dat dolores ſtomachi: ꝛ cōfert apoſtematibꝰ
eius ꝛ apoſtematibꝰ epatis.
¶ Et ſquinantū ꝯfert doloribꝰ matricis et eiꝰ L
catiſma. ex decoctione eiꝰ apoſtematibꝰ ma-
tricis calidis cū diſtillat̄ in earꝫ. aut vaporat̄
cū aqua eiꝰ. ꝛ frangit lapidē ꝛ ſtringit naturā
ꝓprie qđ ex eo eſt aginum. Et abſcindit flu-
xum ſanguinis matricis: ꝛ ꝓprie eiꝰ flos.
¶ Et cōfert doloribꝰ renū ꝛ fluxui ſanguinis M
ipſorꝫ. Et cū bibit̄ ex radice eiꝰ aureus cū pi-
pere ꝯfert hydropiſi. ꝛ ipſius flos cōfert apo-
ſtematibꝰ ani. Species eiꝰ groſſa cum ex fo-
liis recentibꝰ que ſunt iuxta radicē fit empla
ſtrum: eſt iuuatiua morſure venenoſorū.
¶ Platearius. Squinantū dicit̄ palea came N
lorum. quoniā eo cameli nutriunt. Eſt aūt in
tertio gradu calidū ꝛ ſiccū. In affrica ꝛ ara-
bia reperitur. ꝑ decem annos ſeruatur.
¶ Eligendū eſt quantuꝫ albiꝰ inueniri poteſt O
ac molle. Si autem quoddam durū et quaſi
ligneum circa ſtipitem reperitur: abiiciat̄. Vir
tutem habet principaliter purgandi flegma
ſicut polipodium ꝛ coloquintida. Cum Pla-
teario concordant omnes alii. Dyaſcorides
videlicet ꝛ Aui. Conſtan. ꝛc̄.

## Capitulum. cccclii.



Trignos. Iſid. li. ethimo. Strignos
latine ſalutaris herba dr̃ gr̃a virtutū.
Ex herbario. Strignos q̃ z vna lu-
pina dicta ẽ frigide ꝑtutis. Folia ei? ſunt oʒy-
mi ſilia: niſi ꝙ maiora. Caulẽ ꝓo cū creuerit
ad terrā declinat. Semẽ hʒ iter folia ꝑ totos
ramos interuallis modicis ordinatuʒ folliculꝭ
q̃ ſiles ſūt veſicis. In q̃bꝫ ſunt bacce rubee: le-
nes rotūde multe ac minute frigidā vim hñt.

## Operationes

A ¶ Iſi. Strignos dolorẽ capitis z ſtomachi i-
cendiū mitigat. eſt eñi frigida z retinẽs. Vñ
z ſucc? ei? ignẽ ſacrū curat. folia ei? trita cū
vino potata: ſemis lapſuʒ ꝯſtringūt. Eadẽ z
vua lupina dr̃ eo ꝙ ſemen eius vite ſimile ſit.
B ¶ Pla. Strignū idẽ eſt qđ ſolatꝝ vel morella
C de q̃ infra dicetꝭ. ¶ Ex herbario. Hui? folia ꝑ
cathaplaſmate ipoſita ignẽ ſacꝝ ſedāt. liuo-
res abſtergit. Dolorẽ capitis z ardorẽ ſtōachi
D cū oleo trita diſſoluit. ¶ Dolores auriū ſanat
fluxū matricis cohibet. Laborẽ q̃ʒ part? ſuble-
uat. ad tumorẽ corpis z ad dētiū dolorẽ valʒ
Ad ſanguis q̃ʒ fluxū de naribꝫ reſtringendū.
ſi q̃s ei? ſucco lana itincta ſibi nares obſtruet
E ¶ Actor. Eſt etiā ſpẽs quedā ſolatri q̃ come-
dit videlicet ortulana, de qua inferi? dicetꝭ,



## Capitulum. cccclxiiii.

Quilla. Pandecta cap. cccxi. bauri
ſel arabice vl' baulachach. Grece ſal
la. Latine vero ſquilla vel cepe mu-
ris. Squilla eſt herba habens folia ſatis ma-
iora lilio. Et ex eius cepe magno quod eſt in
eius radice fit acetum ſquilliticū. z latini vo-
cant cepe muris. quoniam interficit mures.
¶ Serapion li. aggre. cap. Haurifel ſiue ba-
ſafel: id eſt ſquilla auctoritate Galieni. Vir-
tus eius eſt que calefacit calefactione forti. z
melius eſt ꝙ accipiatur cepe ſquille z aſſeturꝭ
vel coquatur: z poſtea adminiſtratur. ꝙ ſi fit
et hoc minuetur fortitudo z acuitas ſue vir-
tutis, ¶ Et idem auct. Dyaſco. Habet virtu-
tes acutas. z q̃ñ aſſatꝭ z ſumitꝭ habet multa et
maxima iuuamēta. Si ergo volum? eā aſſa-
re: oportet ꝙ inuoluatꝭ in paſta vel ī luto z po-
natꝭ in furno. aut ſepeliatꝭ in prunis donec co-
quatꝭ paſta: vel lutū deinde extrahatꝭ. z ꝯſide-
retꝭ an ſit bene cocta. ꝙ ſi nō inuoluatꝭ alia vi-
ce in paſta vel luto vt prius. Nā ſi nō aſſaretꝭ
bene noceret accipiēti ipaʒ: z lederet mēbra
interiora. Aſſatꝭ aūt alio modo. Naʒ ponitꝭ in
olla et cooperitꝭ paſta vel luto: et ponitꝭ in ca-
nor: donec coquatꝭ bene, et oportet q̃ñ ſquilla

fuerit bene decocta et accipiat᷑ eius interi⁹.
⁊ abijciat᷑ cortex ei⁹ exterior. ⁊ ſunt q̇dā abij/
cientes corticē ei⁹ ⁊ mediculū. ⁊ accipiunt il
lud qđ eſt inter vtrūq̃. ⁊ q̇dā incidūt eā in fru
ſta et ponūt eā in aquā. ⁊ mutāt aquā ei⁹ ſepe
donec vident q̄ nō remanet ī ea amaritudo.
et q̇dā incidūt in fruſta ⁊ inſerūt in filo lineo:
⁊ ſeparāt fruſta a fruſto: ne ſe cōiungāt et de/
ſiccant in ſole. ⁊ illud qđ eſt inciſum ex ea po
nit᷑ in aceto et vino et oleo. ſed illud qđ eſt in
ei⁹ medio coquit᷑ in oleo ⁊ diſſoluit᷑ in ea reſi/
na pini. et valet ad multa. Sed aceti ſquilli/
tici ſm̄ Serap. opatio eſt in hūc modū. Ac/
cipiat᷑ ſquilla alba et bn̄ purget᷑ et inſcidat᷑ in
fruſta: et inſerant᷑ fruſta illa in filo lineo. et ſit
inter vtrūq̃ fruſtū diſtātia ne ſe iungāt ⁊ de/
ſiccent᷑ in vmbra. xl. dieb⁊. poſtea ſumat᷑ ex ea
q̄ntitas vni⁹ manipuli et ponat᷑ in vaſe ⁊ pij/
ciant᷑ ſup eā. xij. kiſt aceti fortiſſimi: et ponat᷑
in ſole. xl. dieb⁊. ſit aūt vas coop̄tū ⁊ obtura/
tū bn̄. poſt h̄o tp̄s extrahat᷑ ſquilla ab aceto:
et exp̄mat᷑ ⁊ abijciatur acetū ⁊ reponat᷑. Qui
dā accipiūt de ſquilla vnū mānes et pijciūt ſu
per eā aceti. v. kiſt. Quidā h̄o accipiūt ſquil/
lā et mūdāt eā et nō deſiccāt eā. Et q̇dā ꝑpa/
rant pijciētes ſup vnū mānes ex ea acetū et
dimittūt ſex menſib⁊. ⁊ illud acetū ſquilliticū
in hūc modū factū eſt magꝭ inciſiuū humori
ingroſſoꝝ q̄ aliqđ aliud acetū vtiliſſimū ad
multa. Modus faciendi vinū ſquilliticū ſm̄
eundē eſt iſte. Accipiatur ſquilla ſicut dixi ſu
pra: et deſiccetur in ſole: et accipiat᷑ ex ea q̄n/
titas vni⁹ mannes: et teratur et cribretur cū
cribro tenui: et ligetur cum pāno lini raro. et
ponatur pann⁹ in. xx. kiſt vini dulcꝭ noui ſcꝫ
muſti. et dimittatur ſic int⁹ trib⁊ menſib⁊. de/
inde coletur vinū et pone in alio vaſe et ſer/
uetur. poſtq̃ obturatū eſt caput vaſis bene.
Et fit ex ſquilla humida in hūc modū. Acci/
piatur ex ea cruda recenti ſicut ē. et accipiat᷑
ex ea duplū ei⁹ qđ acciperet᷑ ex ſicca: et pijci
atur ſup ip̄m muſtū: et ponatur ī ſole quadra
ginta dieb⁊ et coletur et reponatur. et hoc ta
le quanto fuerit antiquius tanto meli⁹. Etiā
fit vinū ſquilliticū alio modo Naz accipitur
ſquilla et mūdatur et inciditur. et accipiunt᷑
ex ea mānes tres: et proijcitur ſup ea de bo/
no muſto amphora vna: ⁊ dimittitur ſex mē/
ſib⁊: poſtea colatur et reponitur in vaſe.

# Operationes

A Johānes Meſue cap. de ſquilla. Squilla
ſicut dicit Galien⁹ iuuamentum eſt duplex
Solutione eīn educit materias et parat ad
ſoluendū: et melior eſt hūs partē. ſola eīn ſm̄
Galienū eſt venenoſa. et adhuc melior ē que
ſaporē habet cōpoſitū ex dulcedine ⁊ acredi
ne et acuitate et amaritudine. ⁊ q̄ h₃ ſplendo
rē in laminis ſuis. ⁊ q̄ naſcit᷑ in locis liberis.
Orta eīn in locꝭ termaꝝ: aut orta ſingularis
eſt mala. Calida ē in tertio gradu. ſicca ī ip̄o. B
¶ Eſt eīn cōpoſita ex partib⁊ igneis in ſupfi
cie dantib⁊ ei acuitatis vehementiam. et ex
partib⁊ terreis aduſtis dantib⁊ ei amaritudi/
nem. et ex partib⁊ aereis mediocrib⁊ dantib⁊
ei de dulcedine aliquid. Eſt eīn inciſiua: vl/
ceratiua: aduſtiua: reſolutiua materierū. at/
tractiua ad exteriora. ſubtiliatiua partium
groſſarū ⁊ viſcoſarū adherentiū. cōſeruatiua
a putredine. Rectificatio. aſſatio acquirit ei
facilitatem in ſoluēdo. et p̄paratio ipſi⁹ cum
aceto poteſt materias groſſas adherentes ⁊
ſubmerſas facile expellere.
¶ Modus aūt p̄paratiōis ei⁹ in elixatione C
eſt ſm̄ hūc modū. Accipiunt᷑ lamīa ipſi⁹ ⁊ ſe/
paratim inuoluunt᷑ in paſta ⁊ ſepelitur ī cine
re calido. ⁊ coquitur ſufficiēter ⁊ extrahitur
ex paſta. ⁊ adminiſtratur vbi oportet.
¶ Modus aūt aſſatōis ipſi⁹ ponitur in vaſe D
luteo vitreato ſtricti orificij. ⁊ ſigilletur liga/
tione forti cū pergameno. ⁊ dimittat᷑ dieb⁊ q̄/
draginta. ⁊ ꝓprie dieb⁊ maioris eſtus. ⁊ moue
atur vas ⁊ mutetur viciſſim oī hora. ita q̄ e/
qualiter in ſingulis partib⁊ calefiat. Deinde
extrahat᷑ ſquilla ⁊ adminiſtret᷑ vbi oportet. Et
q̄nq̃ miſcet᷑ ei poſt aſſationē tm̄ de farine o/
robi q̄ntū ipa eſt. ⁊ fiunt inde trociſci ⁊ ſumūt᷑ E
vbi oportet. ¶ Modus aūt opationis aceti
ſquillitici ſm̄ q̄ Galien⁹ narrauit. Accipiat᷑
ex laminis ei⁹: ⁊ ꝓprie q̄ ſunt inter corticem.
⁊ cor ipſius quātitas quā volueris. ⁊ cōſue ſe
paratim cū filo. ⁊ dimitte ſiccari in vmbra ꝑ
quadraginta dies: ⁊ poſt hoc cōminue ipſas
in fruſta: ⁊ pone ad omnem libram eius aceti
boni et albi libras. vi. et pone in vaſe vitreo
ſtricti orificij. ⁊ ſtringe caput eius ⁊ dimitte
in ſole ꝑ alios quadraginta dies. Et poſt il/
lud cola ⁊ adminiſtretur vbi oportet. Et ſi ne
ceſſitas vrgeret feſtinare: ſepeliat᷑ vas ī cine/
re calido vel arena calida cū ſucceſſione. non
repente ſed ꝓprie inter horam ⁊ horam.
¶ Et dixit Paulus. Lamina eius ponantur F
ſicut ſunt in aceto a principio veris vſq̃ ad
finem eſtatis in vaſe vitreo ſigillato expoſi/
to ſoli. ⁊ poſt illud adminiſtretur vbi oportet
Et ſcire debes q̄ Squilla de decoctiōe ſub
ſtinet rem mediocrem.
¶ Auicenna libro. ij. cap. de ſquilla. Squilla G

eſt cepe muris. cuiꝰ folia ſunt ſicut folia lilij.
ꝛ hꝫ oleũ ad nigredinẽ declinans. eſt calida ꝛ
ſicca in. ij. gra. ꝛ eſt inciſiuum. ꝛ in ipſo viſcoſi
D taſ aduſtiua eſt. ¶ Sera. Illud qḋ eſt in me-
dio ſquille coquiṫ in oleo: ꝛ diſſoluiṫ in ea reſi
na pini. ꝛ poniṫ in ſciſſurꝫ q̄ fiũt in pedibꝫ pro
E pter frigus: ꝛ curat eas: ꝛ coquiṫ cũ aceto. ꝛ
fit ex eo emplaſtꝝ ad morſuꝫ tyri. Et admini-
ſtraṫ ſquilla aſſata in pl'imis cõfectiõibꝫ. et in
illis in q̄bꝫ ingrediuntur ſpecies aromatice. ꝛ
daṫ ex ea in potu qñ volumꝰ ꝓuocare vrinã.
ꝛ in hydropiſi. ꝛ daṫ illi qui ↄqueriṫ de ſtoma
cho ꝛ in cibis natat in eo et nõ digeriṫ. et daṫ
ad tortiões ventrꝭ: ꝛ ad tuſſim antiquã et ad
F aſma: ꝛ ad extrahendũ ſanieꝫ a pectore. et pe-
ctus mũdificat a groſſis humoribꝫ. et ſufficit
ex ea pondus triũ onoloſac. ꝛ admixto mel-
le cocto ꝛ facto inde loboc comediṫ. ꝛ ↄuenit
G ad oĩa que diximꝰ. ꝛ purgat optime ventrem
a chimis groſſis viſcoſis. oportet tñ cauere
ab ea illos quibꝫ vlcera vel excoriatiões ſeu
vulnera in mẽbris intrinſecis ſunt. Et qñ aſ
ſaṫ ꝛ liniuṫ cum ea verruce que dr̄ acdas ꝛ
H hocdas: ꝛ claui ꝛ ſciſſure q̄ fiũt ꝓpter frigꝰ cõ
uenit eis. ſꝫ ſemẽ eiꝰ qñ teriṫ ꝛ ponitur in ficu
ſicca. aut miſceṫ cũ melle ꝛ comeditur: mollit
I ventrẽ. ¶ Et qñ ſquilla ſuſpendiṫ integra ſup
limen oſtij domus ꝓhibet animalia veneno-
ſa ꝛ nociua a domo illa. Sed aceti ſquillitici
quando fit collutio oris cũ eo reſtringit gin-
giuas laxas. ꝛ confirmat dentes cõmotos.
ꝛ aufert putredinem ꝛ fetorem oris.
K ¶ Et qñ ſumiṫ in potu indurat tracheam: ar-
teriã ꝛ ingroſſat eã. ꝛ adminiſtraṫ ad debilita
tem ſtomachi: ꝛ ad maliciã digeſtionis ꝛ opi
lationis eius. ꝛ ad melancoliam ꝛ apoplexiã
ꝛ epilentiã. ꝛ frangit lapidem veſice.
L ¶ Et cõuenit ſuffocationibꝫ matricis ꝛ apo-
ſtematibꝫ ſplenis: ꝛ ad ſciaticam. et fortificat
cor debile. ꝛ reſtituit ei ſanitatẽ. ꝛ meliorat co
lorem. ꝛ acuit viſum. ꝛ ꝓiciṫ in aurẽ. ꝛ ↄuenit
grauitati auditꝰ. Et vniuerſaliter eſt cõueni-
ens oĩbꝫ egritudinibꝫ corpis p̄ter q̄ vlceribꝫ
intrinſecis. Et oportet q̄ deṫ in potu: in ieiu
nio. ꝛ deṫ p̄mo parũ ex eo. Deinde augeaṫ in
doſi eiꝰ paulatim donec ꝑueniat ad duos co
nos ꝛ plus. Vinũ ſquilliticũ conuenit mali-
cie digeſtiõis ꝛ eructuatione cibi ꝛ flegmati
groſſo qḋ eſt in ſtomacho ꝛ inteſtinis: ꝛ dolo
ri ſplenis ꝛ ſciatice ꝛ cõmotioni cerebri ꝛ ma
lis habitudinibꝫ q̄ p̄parant ad hydropiſim.
M ¶ Et ↄuenit ictericie ꝛ ſtrãguirie ꝛ corroſio-
nibꝫ ꝛ inflatiõibꝫ ꝛ rugitibꝫ ꝛ paraliſi ꝛ opila-
tionibꝫ ꝛ rigoribꝫ febriũ antiquaꝝ: ꝛ attritiõi

lacertoꝝ ꝛ dolori laterũ. ꝛ ꝓuocat menſtrua:
ꝛ nocumentũ qḋ infert neruis eſt modicũ.
¶ Et eſt ↄtrariũ venenis. Fit aũt ſquilla hu- N
mida ſic. Accipiṫ ex ea recenti cruda quantũ
vis: duplũ tamẽ. ꝛ ad hoc qḋ accipeṫ ex ſicca
ꝛ infundaṫ ſicut infundiṫ rapa. ꝛ fundaṫ ſuper
ipſm muſtũ: ꝛ ponatur i ſole quadragita diebꝫ
et coletur: et colatura reponaṫ. Hoc aũt q̄n-
to fuerit antiquius tanto melius. Fit etiã vi-
num ſquilliticũ hoc modo. Accipitur ſquilla
ꝛ mundatur ꝛ inciditur ꝛ accipitur ex ea vſq̄
ad tres mãnes. Et ꝓiciṫ ſup ipſam ex bono
muſto italic amphora vna. ꝛ dimittiṫ ſex mẽ-
ſibꝫ et poſtea colaṫ et reponitur in vaſe.
¶ Et ↄfert hoc vinũ ad ea q̄ ſupradicta ſũt. et O
melius vinũ ſquilliticum eſt illud qḋ eſt anti
quũ. ꝛ oportet q̄ caueaṫ potus eiꝰ i febribꝰ. ꝛ
qñ in mẽbris interioribꝫ ſunt vlcera.
¶ Johannes Meſue. Solutione educit hu- P
mores groſſos viſcoſos. Et dixit Haly cum
hoc etiam educit coleram nigram. et cũ hoc
iuuamentum magnũ eſt ad egritudines capi
tis: ſicut eſt cephalia et epilentia. ꝛ ꝓprie ſm
omnẽ modum admiſtrationis eius. et verti-
go et ſcotomia. et oximel eius ponit materi
as viſcoſas facile ad expellendum: et ſubtili
at chymorum groſſitudinem.
¶ Et ipſa q̄dem ſm omnẽ modum admiſtrati Q
onis eius cõuenit iuuamento magno egritu
dinibꝫ iuncturarũ. et eſt medicina bona pul-
monis et pectoris et egritudinum i eis. Et ꝓ
prie electuariũ ex ſucco eiꝰ et melle ſumptum
lambendo clarificat vocem. et ſimiliter oxi-
mel eius et acetum ipſiꝰ eſt ex medicinis bo-
nis ſpleni ꝛ groſſiciei eius. ꝛ eſt ex rebꝫ p̄ſer
uantibꝫ corpus a putrefactione: ꝛ ſeruantibꝫ
ipſm in ſanitate ſua. ꝛ acq̄rit vſus eius maci-
em corpori: ꝛ cõſeruat in iuuentute.
¶ Et acetum eiꝰ deſiccat ꝛ confirmat gingi R
uam laxã et putridã. Et ↄfirmat dentes mo-
tos collutio ex ea. ꝛ ſilr̄ potus eiꝰ eſt medici-
na magna fetori eiꝰ faciens ipſm odoriferũ. ꝛ
ſanat dolorẽ ſtomachi: et adiuuat ad digeſti
onem. Et vſus eiꝰ ſm omnẽ modũ admiſtra-
tionis confortat corpus cui accidit laxitu-
do et mollificatio: et colorem efficit bonum
Doſis potio aceti eius a. ʒ. v. vſq̄ ad. xij. Et
oximel eius ab aureis. vi. vſq̄ ad. ℥. i. et tro-
ciſci eius a. ʒ. ij. vſq̄ ad. iiij.
¶ Auicenna. Oleum eius confectum cum S
melle ponitur ſuper alopiciam et ſerpiginem
Eius acetũ exaſperat guttur et indurat car-
nem ipſius. et eſt bonum aſmati et orthomoni
et tuſſi antique.



# Capitulum.cccclv.

Solatrum Pandecta.caplo.ccccxxv. Hames arab. vel Hupue.pbataba‑lep.grece ſtrignū vel cuculus vel morella. Latine vero ſolatrū vel vua vulpis.

¶Sera.li.aggre.ca.Hames aucto. Dyaſc. Hames.i.vua vulpis.⁊ eſt ſolatrum. Sunt eius quattuoꝛ ſpecieſ. Una comeditur. Alie vero non.ſed illa que comeditur eſt domeſtica.⁊ eſt herba non magna hñs plurimos ramos.⁊ folia nigra ſilia folijs hedarorū.i. ozimi.ſed maioꝛa ⁊ latioꝛa.⁊ habet ſemen rotundū cuius coloꝛ eſt viridis ⁊ niger. ſed qñ maturatur fit rubeus.⁊ qñ frangitur inuenit in eo multa humiditas:⁊ granula que ſūt ſemina eius. ¶Idem auctoꝛitate Galieni. Virt⁹ eius eſt frigida in ſcdo gradu:⁊ nō eſt humida.ſed ē media inter medicinas q̄ humectāt ⁊ que deſiccant.⁊ ipm eſt cōpoſitū ex virtutibus ꝯtrarijs:ſcʒ humida ⁊ ſicca. Et hoc quia in eo ſunt due ſubſtantie:ſcʒ terrea ⁊ aquoſa. Eſt aliud ſolatrū qḋ dr Alkekengi.de quo ſuperius dixi in ca.xvij. de A. ¶Galien⁹.viij. ſim.far.ca.de ſtrigno ſm tranſlationē arabicam. Strignū id eſt ſolatrū ſomniferū. Virtus ſolatri ſomniferi eſt qḋ eſt fri.in.iij.gra.⁊ facit doꝛmire.⁊ habet ꝓprietatē ſimilē apij.niſi qꝛ eſt debilioꝛ eo. ¶Et idem Serapi. Eſt alia ſpecies ſolatri que dr ſolatrū maniale.et eſt illud qḋ dr furiale:eo ꝙ facit furioſitatem ſeu maniā.⁊ eſt planta hñs folia ſimilia folijs eruce.niſi qꝛ ſunt minoꝛa eis ⁊ ſpinoſa que dr caradis.⁊ habet vgas longas egredientes ab eius radice.x.vel.xij. Et longitudo eius eſt duoꝝ brachioꝝ.⁊ in ſummitatib⁹ eoꝝ ſunt capitella ſimilia oliuis.niſi qꝛ ſunt ſup capitella ſicut pili ad modū arboꝛis dulb.⁊ ſunt minoꝛa oliuis ⁊ altioꝛa.et flos eius eſt niger.et poſt floꝛē emittit velut racemū.x.aut.xij.grana habentē.⁊ grana ſunt rotunda: mollia:nigra in mollicie vue ſimilia granis cuſſus. et habet radices groſſas albas concauas.q̄ꝝ longitudo eſt vnius brachij.⁊ naſcit in locis montuoſis:inter arboꝛes dulb.

## Operationes

¶Serapion. Quando fit emplaſtrum cum folijs ſolatri ⁊ zuccarā cōuenit formice ⁊ herisipile.⁊ quādo terunt contritione forti ⁊ miſcentur cum ſale.⁊ fit emplaſtrū cū eis reſoluunt apoſtemata que fiūt in radice auris. Et quando ſuccus ei⁹ miſcetur cū ceruſa ⁊ litargiro ⁊ oleo roſarum.⁊ mutatur hoꝛa poſt hoꝛam:cōuenit apoſtematibus calidis que fiunt in cerebro ⁊ in capite infantium. A

¶Et miſcetur ſuccus eius ſyef.quod ſumitur ad curſum humiditatum currentium ad oculum loco aque ⁊ loco albuginis. B

¶Et qñ diſtillat in aurē cōuenit doloꝛi eius. ⁊ fit naſcale cū eo.⁊ cōuenit curſui humiditatū matricis. C

¶Galie.li.ij.de cibis ca.de Solatro olerū nullū noui habens tantā ſtipticitatem quantā moꝛella.ergo merito vt alimēto quidē ipſo raro:vt medicina autem continue vtimur.efficax enim eſt ad quecunq̄ eſt opoꝛtunitas infrigidationis ⁊ ſtipticitatis. Alimentum autem paucíſſimū habet. D

¶Et idem. Virt⁹ ſolatri ſomniferi eſt que facit doꝛmire.Et qñ accipit de coꝛtice radicis eius aureus vn⁹:⁊ bibitur cū vino facit doꝛmire leuioꝛi ſomno q̄ʒ gummi papaueris. E

¶Et ſuccus eius ꝓuocat vrinam ꝓuocatione forti.⁊ dantur hydꝛopico ex ſemine ei⁹ grana duodecim ⁊ curatur.ſed ſi plus dentur inducunt maniam.veruʒ cui accidit hoc ſi biberit mellicratum curatur. F

¶Et coꝛtex eius ingreditur ī medicinis narcoticis.⁊ quando coquitur vino.⁊ decoctio eius tenetur in oꝛe ſanat doloꝛem dentium.⁊ quando admiſcetur ſuccus radicis eius cū melle acuit viſum. G

¶Serap. Virtus ſolatri manialis eſt quan‑ H

do bibitur ex radice eius.ʒ.i.inducit ſomnia
non recta ſed aliena. Et quādo bibunꝫ ex eo
ʒ.ij.inducunt furorem:ꝛ velut ebrietatē trib⁹
vel quattuor dieb⁹. Et qn̄ bibuntur.ʒ.iiij.faci
unt homicidem.ꝛ eum occidunt.ꝛ cura eius eſt
mellicratū.qn̄ bibitur ex ea quantitas pluri-
ma:ꝛ euomatur:ꝛ fiat hoc ſepe.

I ¶ Et idem aucto. Meſebalach. Solatrum
maniale eſt fri.ꝛ ſic.in.iij.gradu.ꝛ eſt plus ſti-
pticū q̄ oīs alia herba. Extinguit calorē ig-
neum.ꝛ fructus eius generat ſemꝑ ꝑmixtio-
nem ſenſus.ideo oportet cauere ab eis.

K ¶ Galienus. Virt⁹ corticis ei⁹ fri.in fine ter
tij.ꝛ ſic.in.ij.prope finē ei⁹. Unde curat vlce-
ra. Alie vero ſpecies nō ſunt alicu⁹ iuuamē
ti recepte interi⁹.imo ſi q̄s biberit ex eo aure
os q̄ttuor morietur inde.ꝛ ſi bibatur min⁹ in-
ducit inſaniā. Sed vn⁹ aureus aliqn̄ nō no-
cet. Sed ſciendū vbi iſta trāſlatio dicit aure
us in greca tranſlatione inuenitꝫ.ʒ.i.

L ¶ Plateari⁹. Morella ꝛ ſtrignum ꝛ ſolatruꝫ
idem eſt. Eſt aūt hec herba in.ij.gradu frigi-
da ꝛ ſicca ꝛ etiā aliq̄ntulū diuretica. Scḋm
folia ꝛ fruct⁹ eſt multe efficacie:exiccata mo
dice. Virtutē habet infrigidādi ꝯtra ſplenis
ꝛ epatꝭ opilationē.ꝛ maxie yctericiā. Contra
apoſtemata in ſtomacho vel in inteſtinis.vł
epate datꝫ ſuccus ei⁹ cū aqua ordei.teſte Dya
ſcoride. Penna eadē ſucco intincta epati fre
quenter ſupponenda eſt ꝯ eius calefactionē.

M ¶ Itemq̄ꝫ cōtra podagram calidā.vel etiam
herba ipſius trita ſepi⁹ eſt ſupponenda. Con
tra calida quoq̄ꝫ apoſtemata in principio ad
repercuſſionem materiei herba ipſa ſuperpo

N nitur trita. ¶ Macer.

Herba quā greci ſtrignum dixere latini.
Solatrum hic dicunt:vis ei⁹ frigida valde.
Dicitur auricule mire ſedare dolorem.
Illius ſuccus ſi ſenſum funditur intus.

Universidade de ... Biblioteca Pública

# Capitulum.cccclvj.

Souçyra

ſ Orbes arbor eſt ferens ſorbas.

## Operationes

A ¶ Sera.li.aggre.ca. Sorba. Virtus ei⁹ eſt

B que reſtringit ventrem fortiter. ¶ Galie.ij.li.
de alimētis ca.de ſorbis. Sorba ꝛ neſpila ſti
pticant quidē ambo.multo aūt magꝭ ſorbis.
neſpila ꝑpter hoc influenti ventri magꝭ cōfe-
rens edulū eſt.ꝛ palam quoniā taliū omniū
comedere parum cōuenit.non vt ficuum aut
vuarum copioſe. Nec enim vt alimento ſed
vt medicinis ipſis indigemus magis.



¶ Galien⁹.viij.ſim.far.ca.de ſorbis ſm̄ trāſla C
tionē grecā.ydria:id eſt ſorba omnib⁹ cogni
ta eſt:terreſtrem ſubſtantiā dominantē:ꝛ poſ
ſidet modico ſubtili participat ei mixto.
¶ Et dicit eodeꝫ libro capitulo quod incipit D
Mis:id eſt arbor ſorbe.cuius fructus voca
tur a multis oya cum.y.littera ſtiptica parti-
cipat qualitate.ſed debiliori neſpilo multuꝫ.
quocirca ꝛ dulce eſt cum comeditur.et min⁹
neſpilo eſt ventris conſtipatiuus.
¶ Palladius. Menſe Januario Febuario E
ꝛ Marcio locis frigidis.calidis ꝟo Octo-
bri ꝛ Nouēbri ſorba ſerunꝫ egregie.ita vt ma
tura in ſeminario ipa poma pangantur.
¶ Ego expertus ſum multas arbores ex po F
mis ſponte ꝓgenitas.ꝛ in creſcēdo ꝛ in feren
do extitiſſe felices.plantas etiā ſi q̄s ponerē
voluerit.habebit arbitriuꝫ dūmodo calidis
locis menſe nouēbri:temperatꝭ Januario vł
febuario.frigidis marcio inclinantē diſpo-
nat. Amat ſorbos loca humida montana.fri
gidis prima ſolū pinguiſſimū. cuius indici-
um certiſſimū ſi frequens vbicunq̄ꝫ naſcaꝫ.
¶ Item menſe Aprili ſorba inſerūtur in ſe.in G
cidonio.in ſpina alba.vel trunco vel cortice



ſ Oldanella. Pan. ca. cxlviij. Chachille
ara. grece azar. latie ꝑo ſoldana vł ſol-
danella. Sera. li. ag. ca. cachille. eſt herba ſi-
milis vſnen. niſi ꝙ eſt maioꝛ. ⁊ hoies ꝗdeꝫ co-
medūt eū cū ficubꝫ ſic comedunt olera alia. ⁊
fo. eiꝰ aſſilant folijs naſturcij. ⁊ ipa eſt amplī-
oris humiditatꝭ ꝙ̄ cicera ⁊ magis aquoſa.

## Operationes

A ¶ Sera. auc. habit. Chachille. i. ſoldanella
orit in ſterquilinijs. ⁊ ē herba ſilis vſnen. ⁊ nō
eſt vſnen. ⁊ eſt i ea aliq̄ caliditas ꝓpter ſuā ſal-
ſedinē. ⁊ eiꝰ ſalſedo eſt ſalſedinis baurach.

B ¶ Et hꝫ ꝓprietatē laxandi aquā citrinā: cū bi-
bit ex ea aq̄ eiꝰ. et nō oportet ꝙ bulliat ſuper
ignē. ꝙ amitteret ꝟtutē. ſꝫ det in potu de eiꝰ
ſucco ſine ebullitiōe. Et q̄ntitas q̄ dat de ea ē
ab vna tertia libra vſqꝫ ad duas ptes lib: e cū
ʒ. x. zuccari albi aut rubei fortꝭ rubedinis qḋ
eſt. ꝙ rubeū cū lebleb. i. volubilis et cū fumo
terre. ⁊ cū cachille fortioris virtutis eſt ꝙ̄ al-
bum. ¶ Et idem aucto. Iſaac benaram. Ca-

C chille eſt herba ſimilis cicute in opatiōe ſua.
⁊ eſt calida ⁊ ſicca. cuiꝰ ꝓprietas eſt ꝙ aufert
eructuationes corruptas. et aqua eiꝰ purgat
aquam citrinā. ⁊ ꝯfert tumoribꝫ ventris ⁊ de-
bilitati epatis ⁊ eſt ꝯueniens nutrimēto. ⁊ hꝫ
operationē in ſtomacho ꝓpter viſcoſitatē pau-
cam q̄ eſt in ea. ¶ Et idē aucto. Aben meſuay. D
Proprietas eſt laxare aquā citrinam ſubito. ⁊
doſis eius eſt a q̄ttuoꝛ partibꝫ lb. vſqꝫ ad par- E
tes duas abſqꝫ ꝙ buliat. ¶ Et idem auct. Ra-
ſis. Soldanella purgat aquam citrinam. ⁊ ꝓ-
uocat vrinam.



## Capitulum. cccclviij.

douradinha

ſ Colopendria. Iſid. Scolopendras
dr eo ꝙ folia eiꝰ ſcolopendro aiali ſi-
milia ſunt. naſcit in petrꝭ humidis. et
caulē nec ſemē nec floꝛē hꝫ. folia eiꝰ a ſupficie
viridia ſunt ſubter ruſa ⁊ lanoſa.

## Operationes

¶ Idē Iſi. Splen curat. vñ ⁊ ſplenos dr. A
¶ Actoꝛ. Scolopēdria ſm phiſicos ipa ē q̄ B
vulgo lígua ceruina dr ¶ Raſi in Almāſoꝛe. C
Sacuinfundirion. i. ſcolopendria calida ē.
ſpleni groſſo ⁊ ſtranguirie ac lapidi remediū
affert. ¶ Aui. Scolopēdria ca. eſt in ṗmo. ſic- D
ca in. ij. ſubtilis reſolutiua. Cōfert ſplem ma-
gnifice. Cōfert etiā ſingultui ⁊ yctericie. fran-
git lapidē in renibꝫ ⁊ veſica. Et dr ꝙ ipa ē her-
ba petroſa que naſcitur in locis fontiū.
¶ Quidā aūt dixerūt ꝙ ē ſpēs ſquille. Item E
virtus ſcolopendrie habet eandē virtutē cū
cetarach. quare lege capitulū. cx. de. C.





# Capitulum.cccclix.

Crophularia. Pandecta. Scrophu
f laria. Caſtrágula. Strágularia idē.
Paulus ca. de ſcrophularia herba ē
hñs folia tenuia ⁊ ſubtilia. que cū flectunť vt
frangant̃ ſtridēt. ⁊ iō multis dr̃ caulis ſtridos
lus. et radices ſunt ei ſatis ſubtiles in quibꝰ
adherent radices rotunde. ſicut ſunt auella-
ne mundate albe mittentes lac:

## Operationes

A ¶ Idē Paulus. Radix illa dicitur ſcrophu
lis medica.

# Capitulum.cccclx.

Torax latine. Ara. melachac Grece
f ſigia. Sera. li. ag. ca. melachac. auc.
Dyaſ. Eiꝰ ſpēs ſunt tres. ſ. liq̄da: ſic-
ca ⁊ kearmitaꝝ. vñ arbor ſtoracꝭ magna q̄ vo
caṫ lubue. hꝫ lignū q̄ aſſimilaṫ ligno ſarco. fo
lia eiꝰ ſunt folijs ſilia ſeilē. i. lilij. hꝫ fructū al-
bū magnū maiorē q̄ꝫ auellanā ſimilē. prunis
albis duos habentē cortices. q̄ꝝ exterior co
mediť. ⁊ eſt ī eo amaritudo. iterꝰ eſt nucleus
pinguis ſicut nux. ⁊ exp̄miť ab eo oleū. ⁊ con-
tex huiꝰ fructꝰ eſt ſtorax ſicca. ⁊ gūmi huiꝰ ar
boris lubue eſt ſtorax kearmitaꝝ. ⁊ latine vo
catur calamita. ſ. bona gutta. a calos qđ ē bo
nū ⁊ mita qđ eſt gutta. inde ſtorax calamita. i.
bona gutta. Et alio noīe vocaṫ ſigia. ⁊ eſt gū
mi albū fortis albedinis. ⁊ vocaṫ gūmi illud
lubue kearmitaꝝ. ⁊ melior ſpēs oīm eſt illud
gūmi lubue. Et melior ex ſtorace ſicca eſt ru-
bea q̄ aſſilaṫ maci. ⁊ deterior ex ea eſt illa q̄ eſt
arida nigra. Subā v̄o ſtoracꝭ ſicce q̄ non hꝫ
oleū admiſtraṫ in ſuffumigatiōibꝰ. Et iſtā ro-
mani vocāt cōfictam vel cozubrū. ⁊ eſt oleū
qđ ingrediť in vngētis balneoꝝ. Et melior il
laꝝ ſpecieꝝ eſt lubue muſcatū. et eſt gūmi al-
bū albedine mixta rubedie. ⁊ poſtea eſt ſicca
que clarificaṫ nō habens oleū. et eſt ſpiſſa ru-
bea. ⁊ deterior ex ea ē lenis nigra. ⁊ lubue mu
ſcatū eſt lubue kearmitaꝝ. Et eſt notū apud
chriſtianoſ. ⁊ ē ſtorax kearmitaꝝ: id eſt ſtorax
calamita: ⁊ rubea gūmoſa. ⁊ eſt gūmi. Sub-
ſtantia vero ſtoracis ſicce que non hꝫ oleum
vtunť chriſtiani in coꝝ eccleſijs ⁊ ſuffumiga
tionibꝰ. ⁊ vocant eā confictā vel cozubrum. ⁊
deterior ex ea eſt nigra que aſſimilaṫ ſerratu-
re ligni. Et idem auctoritate Dyaſ. Storax
liq̄da eſt pinguedo myrrhe recētis: vt appa-
ret in ca. Myrrha. ⁊ extrahiť a myrrha. q̄r te
runt eā cū aqua pauca: ⁊ premunt eum cornu
⁊ eſt boni odoris. ⁊ ingreditur in cōfectionī-
bꝰ. ⁊ ſola etiā ſine aliqua admixtiōe olei ⁊ pa

rũ ex ea eſt multe ꝑtutis ⁊ calefacit. ⁊ calefactio
ei⁹ eſt ſilis calefactioni mirre ⁊ oleoꝝ calidoꝝ ⁊
ſiccoꝝ. Et ſtorax liq̃da vocaẽ meib. ⁊ meib ex ꝑ
mit ex gũmi arboꝝ q̃ aſſimilãẽ arborib⁹ citonio
rũ: qđ gũmi eſt mirrha. qđ inuenies ſi legas ca
pitulũ mirrha. Sꝫ ſtorax ke ar mitaꝝ ẽ lachꝛy
mũ arboris eiuſdẽ noĩs. cui⁹ ꝑge intra cãnicu
las ortũ ex ſe emittũt ſcobẽ ſilez ſerre q̃ cauerna
te lachꝛymũ ꝓfluunt ei⁹ diſtillatũ in terrã ꝯue
niẽs eſt. illa ãt q̃ ꝓcedẽs ꝑgis in heſerit cũ ſicca
tur mũda eſt ⁊ ſatis alba. Dehinc flaua fit ſolis
cauſa ⁊ mucoſa. Et melioꝛ ex ea eſt pinguis ru
bea ſilis reſine pini. ⁊ ſũt in ea fruſta alba. ⁊ re
manet in eo odoꝛ bon⁹ longo tpe. ⁊ qñ frangiẽ
emanat ab ea humiditas q̃ eſt ſic mel. Sꝫ illa
q̃ eſt nigra ⁊ ſicut furfur eſt mala. ⁊ tñ inueniẽ
in ea gũmi arabico coloris clari. cui⁹ odoꝛ eſt
ſicut odoꝛ mirrhe. Et pax q̃dem inueniẽ de h̃
gummi. Et adulteraẽ ſtorax cũ ſerrature ligni
putrefacti cõmixti cuꝫ melle ⁊ reſiduo. et ſuba
mirrhe yreos puluerizata ⁊ aliis reb⁹ ſcꝫ cera et
adipe. ſꝫ illa que nõ eſt adulterata habet odo
rem acutum.

## Operationes

A ¶Galien⁹. vij. ſim. far. ca. Storax. Uirt⁹ eſt
calida. ⁊ que mollificat ⁊ maturat.
B ¶Dicit in q̃nto epidimiaꝝ. ꝙ eſt vna ex rebus
mortiferis ſic iuſquiamus ⁊ mandragoꝛa.
C ¶Et idem coð li. ca. ſtorax. Calefacit ⁊ mollifi
cat ⁊ digeriẽ. vñ licꝫ Aui. li. ij. c. de ſtorace: dicat
aliter modum factionis ſtoracis: Serapioni
tñ magis credẽduꝫ eſt. qꝛ magis expert⁹. Unde
dicit Auiceñ. ꝙ ſtorax hu. alia eſt que extrahiẽ
ꝑ ſeipſam gũmi. ⁊ eſt ſtorax calamita. et alia eſt
q̃ extrahiẽ cũ decoctõe. ꝑ ſe ãt extracta ẽ citrina:
ſꝫ q̃ ꝑ decoctõeꝫ extrahiẽ eſt nigra. ⁊ eſt ſtorax li
quida. ⁊ fex hui⁹ eſt ſtorax ſicca. ⁊ eſt conficta
vel cozuhaum.
D ¶Auerrois. v. Colliget. ca. ð ſtorace. Storax
calamita cali. in. ij. ſic. in. i.
E ¶Item curat tuſſim ⁊ coꝛizam et brancos et
raucedinẽ. ⁊ ꝓuocat mẽſtrua qñ bibiẽ. ⁊ qñ ſup
poniẽ matrici. ⁊ fum⁹ ei⁹ eſt ſilis fumo olibani.
F ¶Sera. auc. Dyaſ. Uirt⁹ eius ẽ calida. molli
ficatiua. maturatiua. ⁊ ꝯuenit tuſſi ⁊ catarro et
coꝛize ⁊ raucedini qñ bibiẽ. et fit ex ea naſcale
ꝯuenit coartationi matricis. ⁊ ꝓuocat mẽſtrua.
⁊ qñ degluẽ cũ pauco gũmi albo tin mollit vẽ
trẽ mollificatõe leui. ⁊ miſceẽ cũ aliq̃b⁹ vnguẽtis
reſolutiuis. ⁊ etiã oleis q̃ reſoluũt laſſitudineꝫ.
Et admiſtraẽ aſſata ⁊ toꝛrefacta ⁊ aduſta. ⁊ col
ligiẽ fumus ei⁹ ſicut fumus olibani.
G ¶Et idem aucto. Albugerig. Conuenit doloꝛi
pectoꝛis ⁊ pulmonis. ⁊ delet coꝛizam. ⁊ retinet
ventrẽ. ⁊ aromatizat ſtomachum. ⁊ ꝯuenit veñ
toſitatib⁹ groſſis ⁊ nodationib⁹ membroꝝ. Et
qñ bibitur aut linitur exterius: ⁊ vlcerib⁹ con
uenit ſcabioſis humidis.
¶Et idem auct. Alahari. Fumus ſtoracis eſt H
bonus catarro multum. ⁊ ſtorax eſt calida ⁊ ſic
ca et ſtringit ventrem.
¶Platear⁹. Storax eſt calida in ꝑmo gradu I
ſicca in ſecundo. ⁊ alia quidẽ eſt calamita. alia
rubea. alia liq̃da. Quelibet illaꝝ eſt gũmi arbo
ris in India naſcentis. Storax liq̃da reperiẽ
in calabria. Storax vero calamita dr̃: nõ a ca
lamo: ſed a calo quod eſt bonum. ⁊ mita qđ eſt
gutta. q̃ſi bona gutta. ꝑ decẽ annos durat.
¶Eligenda eſt iſta que ſubrufa eſt vniuſq; co K
loꝛis per totum. ⁊ ſapoꝛe pontica ⁊ ſubamara
qui malaxari poteſt in cera. Que autem dul
cem ſapoꝛem habet ſophiſticata eſt. Nam yrim
illiricam cum melle conficiunt ⁊ ſtoracem cala
mitam (vt ſophiſticeẽ) addunt. Sed diſcerniẽ
quia talis habet dulcedinem nimiã. ⁊ ſi mani
bus tractẽ: ſtatim fit humida ⁊ parũ viſcoſa.
Si vetus eſt cum malaxatur pulueriſaẽ. Sed
ſtorax rubea plus accedit ad ruboꝛeꝫ. effectus
ſimiles habens. Storax vero calamita maio
ris eſt efficacie. Uirtutem habet ex ponticitate
ꝯfoꝛtandi. ⁊ ex qualitatibus ſuis cõſumendi.
¶Cõtra debilitatem ac frigiditatẽ cerebꝛi ⁊ ca L
tarrum ex ea malũ infoꝛmaẽ ⁊ narib⁹ apponiẽ
Caphala ex eadem facta ſup̃ dentes laxatos ⁊
gingiuas ꝯfoꝛtat ⁊ confirmat.
¶Emplaſtrum ex eiuſdem oleo factum contra M
frigiditatẽ ſtomachi valet ſtomacho ſuperpo
ſitũ. Item ꝯtra frigiditatẽ ſtomachi: ⁊ ꝯtra fri
gidũ reuma capitis danẽ pillule ſtoracis.
¶Suffumigatio ex eadem facta per inferio N
ra ꝓuocat menſtrua. Ualet etiam ſuffumi
gatio ex eadem facta ꝑ inferioꝛa. ſi fiat pura in
ferius contra matricis ſuffocationẽ. Si ſupe
rius ꝯtra ſui precipitationem. Liquida ſtorax
in emplaſtris ⁊ vnguentis. maxime ꝯtra tineã
poniẽ: ⁊ diutiſſime ſeruaẽ. Seruatur aũt diuti⁹
ſtorax rubea q̃ calamita.

## Capitulũ. cccclxſ

o Ubere: vel Suberis. ¶Yſidorus libro Sonecyro
ethymologiarum. Subere eſt arboꝛ ex
qua validiſſima coꝛtex natatoꝛius extrahitur.
ſic dicta: quaſi ſubedies. eo ꝙ fructus ei⁹ ſues
edunt. Poꝛcoꝛum enim ſunt alimenta nõ ho
minum. ¶Plinius li. xvi. Glandem fert ſuber
ſicut quercus et ylex. fungoſam carnem nigi
dius tradit fieri ſubere: ſicut eſculo ⁊ roboꝛe.
Tardiſſimo germine germinat ſuber ac conci



Universidade ... Pública de Braga





pit. Et incipiente hyeme truncum emittit. Silueſtrẽ generi folia nõ decidunt ſuberi ac buxo Et eſt cortex carnoſus ſuberi ac pſō. Suber tempeſtiue ceſa torquet ſeſe funditusq;. Cariem vetuſtatemq;: ſentit hec arbor tardiſſime. ſicut ⁊ glandes atq; caſtanee. Ceterum in aquis nõ fluctuat ſuber ſi denatur cortex. Eſt aũt ſuber arbor minima. glans eius peſſima ⁊ rara. Cortexq̃ in fructu precraſſus ac renaſcens. atq; etiã in denos pedes vndiq; explanatus.

## Operationes.

A ¶ Plinius. Uſus eius maxime nauiũ anchoralibus. piſcantiumq; tragulis. tecadorũ obturamentis conuenit. Preterea in hyberno feminarũ calciatu. quãobrem greci cortices arborum appellant.

B ¶ Sunt ⁊ qui feminam ylicem vocant. Et vbi non naſcitur ylex. pro ea ſubere vtunt̃. In carpentarijs precipue fabricis. vt circa helyn ⁊ lacedemonem. Hec in ytalia naſcitur tota. aut omnino in gallia.

C ¶ Idem in lib. xxiiij. Suberis cortex tritus et aqua calida potus ex vino calido ſanguinẽ excreantibꝰ magnopere laudat̃.

## Capitulũ. cccclxiij.

s

Umach. Plateariꝰ. Sumach eſt cuiuſdam arboris fructꝰ ſimilis granis. ex quibꝰ vngit̃ pannus rubeus. Admixtione q̃z ſumach ſophiſticant̃ illa grãa. Eſt aũt ſumach fri. in. ij. gra. ſic. in. iij. Per annos q̃ttuor ſeruat̃. Virtutẽ hz ↄſtringẽdi: ⁊ incitat appetitũ. ¶ Pandecta. ca. dcliiij. Sumach latine. arabice adiutor vel barſo. grece riſkitin. ¶ Sera. in li. ag. ca. ſumach. auc. Dyaſco. Eſt planta naſcens in locis ſaxoſis habens folia longa. ⁊ habet ramos altos. ⁊ fructum in racemis quoꝝ color vergit ad rubedinem ſanguinis. ⁊ grana ſunt in racemis in magnitudine granoꝝ lentiſci. et aliquantulũ lata. Iuuamentũ eius eſt in cortice granoꝝ.

## Operationes.

¶ Et idez auctoritate Galieni. Melius quod eſt in tota arbore eſt cortex grani eius. Et ſuccus eius quando exiſtit in eo ſapor ſtipticus. ⁊ virtus eius eſt que infrigidat in ſecundo ⁊ deſiccat in tertio. A

¶ Galienus. viij. ſimpl. farma. capitulo de ſumach. ſm tranſlationez grecã. qđ incipit Riſkitin. id eſt ſumach. fructuoſa plantaꝝ ſtipticat ⁊ ſiccat. Unde et cerdones ad ſtipticandũ ⁊ ſiccandũ coria vtunt̃ hac planta. Et ꝓpterea B

nominatur viso depsica .i. corioꝝ aptatiua.

L ¶Mel vero ãt fructus eius mariẽ ꝛ succus ad vtilitatẽ veniũt. sufficiẽtes auferre existẽtes qualitates. Cõcordat ãt ꝛ totꝰ q̃ ſm ptẽ visus sensui. et ſm gustũ. Erit igitur ꝛ h̃ farmacũ siccatiuũ ꝙ de ȝ in tertio gradu: infrigidatiuũ aũt ex secũdo.

D ¶Cõtra vomitum ex calore. spongia intincta in aceto decoctiõis eius ori stomachi superponitur. Cõtra dissinteriaȝ inferioꝝ intestinorũ vicio factã pulu*is eius cũ aqua decoctiõis eiusdei conficitur: ac p clistere iniicitur.

aquā. q̄m aqua tanto ſemꝑ eſt dulcioꝛ: quanto fonti ꝓximioꝛ. Lucius tante auiditatis eſt vt piſcem quē totū q̄ntitas eius deglutire nō ſuſ ſtinet dimidiū incoꝛpoꝛet.



## Capitulum. liiij.

l Upus marin⁹. yſi. Lup⁹ a velocitate appellat᷑. in q̄ lupo terreſtri aſſimilat᷑. qꝛ ſcꝫ improba voracitate alios pſequit᷑. Eſt aūt piſciſ captura ingenioſus. Nā ꝛ rheti circūdat⁹ fert᷑ arenas arare cauda: ꝛ ita cōditus trāſire rhete. Pli. li. xxxij. Lupus marin⁹ in puidendo min⁹ habet ſolercie: ſꝫ magnū robur in penitrādo. nā vt heſerit in hamo tumultuoſo diſcurſu laxat vulnera donec excidant inſidie.

### Operationes.

A ¶ Idē li. ix. Pregelidā hiemē oēs ſētiūt piſces: ſꝫ marie q̄ lapidē in capite exiſtimāt᷑ hēc. vt lupi ꝛ pagri. Cūqꝫ aſpere fuerint hyemes multi capiūt᷑ ceci. Lupoꝝ ꝓ ſūt laudatiſſimi q̄ appellāt᷑ lanati. cādore mollicieqꝫ carnis. meliores ſūt lupi i amne tyberi īter duos pōtes q̄ꝫ alibi

B ¶ Piſcium lupus bis in anno parit. Nigidi⁹ eſt actor lupū mugili caudā pterodere eoſdēqꝫ menſibus ſtatis concordes eſſe.

C ¶ Idem in libro. x. Produntur vt dictum eſt mugil ꝛ lupus clariſſime audire.

D ¶ Idem in libro. xxxij. Tradit etiā Ouidius lupum rheti circūdatum: cauda arenas arare atqꝫ ita conditum tranſire rhete.

E ¶ Areſto. Lupi marini cum intrant pelagus poſtea redeunt ꝛ aſcendūt ſuperi⁹ magna velocitate ſicut delphinus. Omes aūt lupi magnorum corpoꝝ anhelant aerem attrahentes.

F ¶ Ambroſius. Lupi deniqꝫ in mari ſunt teneri quos neſcit agnus timere. Et ſm yſaiam ſimul paſcuntur lupi ꝛ agni.



## Capitulum. lv.

m Egar. Milag⁹. ꝛ Milu⁹. Ex li. de na. re. Megaris ē piſciſ marin⁹ duarū palma ꝑ lōgitudinis. vilis habet᷑ in partib⁹ in q̄b⁹ capitur. ſed cū ad remotiora ſalſus reducit᷑: raritas ei⁹ ꝑciū facit. Recenter tū capt⁹ ꝛ ſine ſale delicatiorē cibū edētib⁹ facit Eſt aūt (vt fert᷑) nociu⁹ ꝑcipue febricitantib⁹. Unde poeta dicit. Et megaris noxius omnis erit. Iorach vbi ſ. Milago cū ei⁹ pulli volant ſignificatio eſt ſup tempeſtatē maris. yſidor⁹ Milago piſcis eſt ſic nominat⁹: qꝛ ſup aquas euolat. Quotiens autē cernit᷑ extra aquā volitans tempeſtates mutari deſignat.

### Operationes

¶ Ex li. de na. re. Milago volitat ſup vndas in ſignū lenicie: qꝛ ceſſauit tēpeſtas. H cōtra morē alioꝝ piſciū ꝛ mōſtroꝝ marinoꝝ q̄ oriente tempeſtate vident᷑ quaſi ſup aquas ludere. A

¶ Pli. li. ix. Milu⁹ ſubit in ſūma maria piſcis ex argumēto appellat⁹ lucerna: linguaqꝫ ignea p os exerta tranquillitas noctib⁹ relucet. B

¶ Attollit e mari ſeſquipedalia fere cornua. ab hiſqꝫ nomen tractū. C



## Capitulum. lvj.

m Ugilus. yſi. Mugilus ex eo nomen habet qꝛ ſit multū agilis. Nam vbi diſpoſitas ſenſerit piſcatorum inſidias confeſtim retrorſum rediens. ita rhete tranſilit vt volare piſcem videas. Plini⁹. li. ix. Mugi

lum natura rideť i metu capite abſcōdito: to
tos ſe occultare credētiū. ijſdē tñ tanta facili
tas: vt i fenice ꝛ narbonēſi puincia coit⁹ tpe
e viuarijs mare linea lōgiq̄ p os ad branchi
as religata emiſſum in mare. eodēq̧ linea re
tractū. femie ſeqnť ad litt⁹: rurſuſq̧ feiaꝫ ma
res ptus tpe. Jn narbonēſi puīcie: ꝛ i nemu
ſienſi agno ſtagno. ſcꝫ laterna appellato: vbi
hoies delphini ſocietate ꝛ mugilū piſcāť. mu
gilus ꝛ lupus odio flagrāt mutuo. Mugileſ
alioꝝ piſciū vim timētes ſup naues exiliūt:
ꝛ tā pcipue velocitatiſ ſunt vt trāſuerſa naui
gia interim ſupiacent. ¶ Jdē li. xxxij. Mu
gil ſcit i eſca hamū eē: atq̧ inſidias nō igno
rat. tāta ē ei auiditas vt cauda verberando ci
bos excutiat: ¶ Jorath. Mugilus ē piſciſ ve
lociſſim⁹ i aq̄s fluuialibꝫ ſꝫ naturaliť incaut⁹
nā derideť ei⁹ ſtulticia: cū in metu capite ab
ſconſo: totū corp⁹ abſcōſuꝫ ac ſecuꝝ credit.
hic cū lucio inimicitiaſ hꝫ hyeme tm̄. ꝛ hmōi
cā crediť q̧ tūc rar⁹ ē cibꝯ p q̄ dimicāt. Eſta
te vero abūdat: ꝛ ideo ad ꝯcordiā rediguntť.

## Operationes

A ¶ Plinius libro. xxxij. Cinis e capite mugi
lum ꝛ mulorum ſciaticos liberat



## Capitulum. lvij.

m Us marinus. Muſculus ꝛ Muſte
la. Mus marin⁹ ad terraꝫ exit: ibiq̧
foſſaꝫ faciēs oua parit. ac rurſus ter
ra obruit. Poſt triceſimā vo diē rediēs iteꝝ
foſſaꝫ aperit: ꝛ fet⁹ i aquā ducit. hoꝝ fetus in
ter initia viſu carēt. ſicut fet⁹ oim fere aquati
liū. Jſi. Muſcul⁹ dict⁹ ē: eo q̧ ſit balene ma
ſculus. Eius coitu hec belua cōcipe phibeť
Sūt aūt muſculi cochlee q̄ꝝ lacte cōcipiūt
oſtree. ¶ Pli. li. ix. Amicitie ſunt exēpla mu
ſcul⁹ ꝛ balena. Qūq̧ p graui ſupcilioꝝ pon
dere obrutis ei⁹ oculis infeſtantia magnitu
dinē in vada pnatās demōſtrat. oculoꝝq̧ vi
ce fungiť. ¶ Jdē li. xi. Muſcul⁹ marin⁹ q̄ ba
lenā antecedit nullos hꝫ dētes: ſꝫ p his ſetas
int⁹. ob id etiā hirſutā dicūt appellatā ¶ Jdē
in li. ix. Muſtele piſces mēſe deputāť q̄s in
ter alpes lac⁹ rechie bigrātinus emulas mu
renis generat. ¶ Ariſto. Muſtela ſicē delphi
nus ꝛ foca viuos fetus de corpe ſuo edūt: et
cū partus ediderint ſi erga ſuos catulos inſi
dias quecūq̧ molliri pſenſerint ipos tueňť eta
tis tenere pauorē affectu materno cōpmūt:
oraq̧ aperiūt. ꝛ innoxio dente part⁹ ſuos ſu
ſpendūt Jnterno q̄ꝫ corpe recipe ac genit ali
aluo feruňť abſcōdere donec ad illos ſecuri
tatē deferāt. aut ſui corpis obiectu defendāt



## Capitulum. lviij.

m Urix. Jſido. Murix eſt cochlea ma
ris ab acumie ꝛ aſperitate dicta. que
alio noie conchiliū diciť: eo q̧ circū
ciſa ferro lachrymas purpurei coloris emit
tat. ex q̄bus purpura tingiť. ꝛ inde oſtruꝫ ap
pellatū ē. q̧ hec tinctura ex hūore teſte elici
tur. Murianus autē tradit muricē echineū.
¶ Pli. li. ix. Murices conchemarine ſunt q̄
latent circa canis ortū tricēis dieb⁹: ꝛ ſtat u
to tpe excūt pcioſuꝫ liquorē tingēdis veſtibꝫ
in medijs faucibꝫ hūt vtilē. Sed is color in
ſola vena cādida reperiť. Reliquū vo corp⁹
ſterile eſt. Uiuis q̄ꝫ tm̄ hic color exprimitur:

q̄ morienſes cū vita ſuccū euomūt. nō habēt ſpericū os neq̧ rotundū ne in angulos .pdes unter roſtro ſed ad conche modū vtroq̧ late re claudit. ¶ Idem in eodē. Aīalia marina q̄ ſūt dure teſte vt muricees: aut purpure ſaliu ario lentiore pueniūt (ſicut a creſcēte humo re culices) atq̧ ſpuma maris incaleſcente cū admiſſus eſt imber. Et he pariūt in vere.

## Operationes

A ¶ Pliniꝰ li. xxxij. Muricum teſte cinis vt ſi
B ter cū melle illinit vlceribꝫ capitꝭ. ¶ Idem q̄
cinis horū eſt dentifriciū. Et maculas pur
gat in facie mulierꝭ cū melle illinitus. cuteq̧
erugat. extenditq̧ ſeptenis diebꝫ illitꝰ: ita vt
C octauo candido ouorꝫ foueat. ¶ Idē ex oleo
valet ad parotidas ⁊ ſtrumas. Panniſq̧ reſi
ſtit vtroq̧ modo. ſiue opus ſit incipiētes diſ
D currere: ſiue cōcoctos emittere. ¶ Itē muri
cū cinis cū oleo tumores tollit. Ciniſq̧ teſta
rū earꝫ melle mām̄as mlierꝫ efficaciter ſanat.



## Capitulum. lix.

m Urena. Iſido. Murenā greci mire nā vocant: eo q̄ plicet ſe in circulos Hāc feminini tm̄ ſexū tradūt ⁊ a ſer pente ɔcipe. Ob id a piſcatoribꝫ tanq̄ a ſer pente ſibilo euocat ⁊ capit. Ictu fuſtis diffi culter interimit. Ferula vero ptinꝰ aīam earꝫ habere in cauda certū eſt. Naꝫ capite percuſſo vix interimit. cauda ſtatim exanimat. ¶ Pli. li. ix. Murena eſt piſcis longus. molli cute intectus. hyeme latet. Nec capit niſi diebus eſtatꝭ. ſicut congerꝫ oēs ſaxatiles. Exit i ter rā ſicut polippus. huic emulat muſtela Qui buſdā piſcibꝫ date ſūt pinne vice pedū. Qui buſdā vero nulle ſunt vt murenis. quibꝫ nec branchie. hec flexuoſo ī pulſu corporꝫ ita ma ri vtunt: vt ſerpētes terra. in ſicco q̄ repunt Murena q̄cūq̧ menſe parit: cū ceteri piſces ſtatuto tpe pariāt. Oua eiꝰ citiſſime creſcūt. In ſicco littore elapſas vulgus coitu ſerpen tiū impleri putat. ¶ Ex li. de na. re. Murene ſicut dicit Pliniꝰ libēter ſe tenēt inter harū dines ⁊ ligna: vt ſi forte rheti ɔcludant flexu multiplici euadāt. Hec morſum venenoſum hñt: ſed capitis eorundē cinere morſus ſanat Periculoſuꝫ eſt eas in cibū ſumere: niſi pus in vino optime ac diutiſſime decoquant. et ſpeciebꝫ aromaticꝭ maxieq̧ pipere cōdiant. venenoſo nāq̧ abūdat humore. vn̄ nec de fa cili cedūt coctioni. Itē murenā iuxta Baſi liū. vipera ex aq̄s in ſiccū euocat ad coitum. ¶ Iorath vbi. ſ. Murena nō a ſuo ſili ſꝫ a ſer pente ſibilo ad ſociū euocata ɔcipit. nec ali q̄d tm̄ ſerpenti ſꝫ ſibi ſile gignit. ¶ Ambro. Ui pera quidē ad litꝰ maris ſibilo murenā euo cat venenū ſuū vomit. Illa ſtatim venit et cū eo coit: ⁊ poſt viperā venenū ſuū reſumit.

## Operationes

¶ Pliniꝰ vbi. ſ. Murene morſus capitꝭ ipſiꝰ A
cinere ſanat. ¶ Lichenas etiā ⁊ lepras ſoluit B
murenarū cinis cū tertiis obulis mellis.



## Capitulum. lx.

m Ultipes. Ex li. de na. re. Multipes piſcis marinꝰ eſt. a re nomē hꝫ. huic pedeſ a latere pcedūt In hyeme coit

⁊ inter ceteros piſces ſibi nidum ex ſurculis ꝯſtruit. ꝑ duos mēſes ouat. ⁊ hoc vnū ouum tm̄ ad inſtar nucis paruū. Femia ꝑ q̄dragin ta noctes ſedet: ⁊ ouū a ſe editū fouet ex q̄ fi unt piſces innūerabiles. Q̄ ſi nō eēt: multū eoꝝ gen⁹ decreſceret. q̄r ſeipos inuicē conſu mūt. ⁊ multe comeſtiōis ſūt. Multipes aſtu tia magis q̄ꝫ fortitudīe vincit karabo mon ſtrū marinū qḋ validū eſt ac robuſtū. Cuius victorie ſignū. nā ſimul capti in rheti repiunt̄ Karabo freq̄uēter mortu⁹ inuenit̄ aut letali ter vulnerat⁹. Eſt etiā quoddā gen⁹ multipe dis naturaliter aſtutū qḋ in aqua ſupnatat ⁊ dorſi teſtā ad ſolē ponit vt deſiccet̄ ac durior fiat. ſic vt ſalſas maris aq̄s ⁊ aduerſa ſcopu loꝝ pati valeat. ¶ Actor. Multipes ip̄e ē po lippus iuxta Pliniū. de q̄ plen⁹ īferi⁹ dicet̄.



# Capitulum. lxi.

m Ullus vel Mullus. Ex li. de na. rez. Mullus eſt piſcis marinus (vt ait Pli nius) modice quātitatis gratia no bilitatis in eum tm̄ datus nobilib⁹. Rariſſi mus tm̄ eſt quē ſeptētrionalis tm̄ gignit oc ceanus. Hoꝝ tm̄ genera plura ſunt. Quidaꝫ alga ⁊ oſtreis ac limo ceterorūq̄ꝫ piſciū car ne veſcunt̄. Nobiliores aūt in inferiori labio vel labro gemina barba inſigniunt̄. victuſq̄ꝫ eoꝝ eſt qḋ iuxta ripas aeris ſerenitatē ꝯpe uerit. Mulum nobilē expirantē ꝫ numeroſa colorū varietate ſpectari proceres gule nar rant. ¶ Seneca de naturalib⁹ queſtiōibus li bro. vij. Incredibilia ſicut iam ſuperi⁹ dictū eſt ſunt opa luxurie in cubili piſcens natant: ⁊ ſub ipa menſa capit̄ qui ſtatim in menſam transferatur. Paꝝ recens videt̄ mulus niſi q̄ in cōuiue manu morit̄. Obſeruat̄ morientiū color: quē in multas mutationes mors ipſa luctante ſpiritu vertit. Rubor p̄mū: deinde pallor ſuffundit̄. longa ſomniculoſa inertiſq̄ꝫ luxurie expectatio. Nolunt attingere niſi eo dem die captū: qui ip̄m (vt aiunt) mare ſapi unt ⁊c. ¶ Iſidorus. Mulus vocatus eſt: eo q̄ mollis ſit ac tenerrimus. cui⁹ cibo tradūt libidinem inhiberi: ⁊ oculoꝝ aciē hebetari. hoīes vero q̄ his ſepe paſti ſunt piſcem olent mulo in vino necato. qui inde biberint tedi um vini habēt. ¶ Alexander. Mulus bouis fimo delectatur adeo vt in ip̄o iaceat: ⁊ tin cturam caro piſcis ex fimo mutuetur.

## Operationes

¶ Plinius. Mulus cōtra paſtinacas ⁊ ſcor piōes terreſtres ſiue marinos: ⁊ dracōes at q̄ꝫ ſpalangia prodeſt illit⁹: aut in cibo ſūpt⁹. A
¶ Eiuſdēq̄ꝫ recentis a capite cinis ꝯtra om nia venena valet. Et priuatim cōtra fungos. B
¶ Iterū cinis e capite multoꝝ attritos ſcia ticos liberat. Cōburuntur autē in vaſe fictī li ⁊ cum melle debent illiniri. ¶ Mulos aūt C
in cibo inutiles neruis inuenio. Eoꝝ quoq̄ꝫ cibo tradūt oculoꝝ aciem hebetari. In mē ſtruis vero mulieꝝ auxiliat̄ mulus. Inuete rati muli ⁊ in potiōe triti vomitiōes ꝯcitant. D
¶ Muloꝝ ſalſamenti cinis carbūculos diſ cutit. Mulus aūt in vino necatus (vt dictū eſt) his q̄ biberint inde vini tediū afferunt. E



# Capitulum. lxij.

m Monachus marinꝰ et Monoceron. Ex li. de na. re. Monachi maris dicti ſunt: q꞉ caput hñt vt monachi recenter raſi coronã deſup raſaꝫ ⁊ cãdidã. ⁊ circulũ in modũ criniũ ſup loca auriũ. facieꝫ tñ nõ habet in toto ſimilẽ homini: q꞉ naſum habet piſci ſimilẽ. ⁊ os naſo cõtinuũ. Ceterũ in inferioꝛibꝰ habet formã piſcis. hoc monſtrũ hoies ſup ripas maris ambulãtes libẽter alicit: ⁊ corã eis ſup aquas ludit: ꝙ ſi hominẽ admirantẽ ꝓpinquare viderit appꝛopinquat ⁊ ipe. ⁊ ſi daꝛ facultas hoiem rapit ⁊ trahcit in ꝓfundum: ſicqꝫ carnibꝰ eius ſatiatur.

## Operationes

A ¶ In eodem libro vt ſupra. Monoceron eſt monſtrũ marinũ: habens in fronte coꝛnu maximũ: quo naueſ obuias penetrare poſſit: ac deſtruere ⁊ hominum multitudinem ꝑdere.

B ¶ Sed in hoc pietas creatoꝛis hũano generi ꝓuidit: quia cum tardum animal creatum ſit: naues eo viſo poſſunt effugere.



## Capitulum. lxiij.

n Narcos. Nautilos ⁊ Nubes. Iſidoꝛus. Narcos. teſte Ariſto: tante ſtuꝑis eſt piſcis vt mediante lino ⁊ calamo ad manũ piſcatoꝛis hamũ tenẽtꝭ accedat ſtupoꝛ ⁊ inſenſibilitas: imo ⁊ totuꝫ coꝛpꝰ ſtupefacit: niſi citꝰ hamuꝫ deijciat. Inde eſt ꝙ etiã ſtupoꝛifera vt papauer ⁊ hmõi cetera dicunꝛ narcotica. ¶ Pliniꝰ lib. ix. Nautilos q̃ ab alijs vocaꝛ pompilos inter ꝑcipua miracula marꝫ nõputatur. Nã ſupinus in ſumma equoꝛũ ꝑuenit. ita ſe paulatim ſubꝛigens. vt emiſſa ꝑ fiſtulam aqua velut exoneratus ſentina facile nauiget. Poſtea prima duo brachia retoꝛquens membꝛanã inter illa mire tenuitatis extendit: qua verificante in auras ceteris bꝛachijs ſubꝛemigans media cauda vt gubernaculo ſe dirigit: ita vadit alto liburnicarũ gaudens imagine. ſi q̃d pauoꝛꝭ interueniat hauſta ſe mergẽs aqua. ¶ Ex libro de naturis reꝝ. Nubes ſm Ariſto. eſt piſcis in aqua viuens applicatus ad petraꝫ. Aqua non deſcendit nec ſeparaꝛ: niſi ꝑ attractionẽ inſpirationis concitus.



## Capitulum. lxiiij.

n Nereides ⁊ Oꝛcha. Iſidoꝛus. Nereides ſũt belua marine toto coꝛpe hirſutis hiſpide. Habẽtqꝫ ſpeciẽ aliquã formatam cũ homine. Hoꝛũ aliqua cũ moꝛtalis ꝯditionis imitatrix emoꝛi debet. auditur pꝛocul gemitꝰ eius ac planctus. De his plenius dictum eſt ſuperius in cap̃. Balena. ¶ Ex li. de na. re. Oꝛchũ monſtrũ marinũ eſt (vt ait Pliniꝰ.) ei imago nulla poteſt exꝓmi repꝛeſentatione: niſi ꝙ ſit mollis carnis immenſe. hec balenas graui odio ꝑſequtur: dentibꝰ truculẽtis ſecreta feminaꝝ irrũpunt: ac moꝛſu lacerat. Ille vero ad flexũ imobiles: ad repugnãdũ inertes: põdere ſuo onerate ac pinnis inualide. Solũ nouerũt auxiliũ in altuꝫ mare refugere: ſeqꝫ toto occeano defendere. E cõtra vero oꝛche in malicia ptinaces labo rãt fugiẽtibꝰ occurrere: ⁊ incautas anguſtijs trucidare: inuada vrgere: ſaxis illidere ⁊c̃.



## Capitulum.lxv.

o Rbis. Iſi. Orbis dictus eſt a fi-
gura.ſ.qꜫ rotūdus eſt.ꝛ totus in
capite ꝯſtat.¶ Pli.li.xxxij. Du-
riſſimū eſſe piſciū ꝯſtat eū q̄ orbiſ
vocat̄ rotundus ſine ſquamis.



## Capitulum.lxvj.

Strea.Ex li.de na.reꝝ. Oſtreū vt
o dicūt Ambroſi⁹ ꝛ Iſi. Cumqꜫ teſtaꝫ
aperit vt clementioris aure delicijs
gloriet̄.Sed cancer inſidias ei repentinas
ꝓtendit.ꝛ lapidē inter ei⁹ teſtas proijcit:ne il
las cōiungere poſſit.ꝛ ſic oſtree carnes cor-
rodit.oſtreū ſiq̄dē in ſiccū vl' in ſicco iacens.
iam vt in domo conchas tp̄e acceſſiōis ma-
ris aperit.¶ Iſi.Eſt aūt in oſtrea p̄cioſiſſima
margarita naturaliter infixa q̄ maris aqua i
ea ſolidat̄. Que etiā difficile apud reges in-
uenit̄.ꝛ in littoribꝫ q̄ſi vilis iacens: a vulgo ſa
xis aſperis ꝛ cauteribꝫ colligit̄.¶ Pli.lib.ix.
Silicea teſta incluſis fatēdū eſt nullū ineſſe
ſenſum vt oſtreis putreſcēte limo ꝓueniūt ac
ſpuma circa nauigia diutius ſtantia defixoſ-
qꜫ palos ꝛ ligna. Nuper cōpertū in oſtrearia
humorē fetificū effluere in modū lactis.

## Operationes

¶ Oſtree peculariter ꝯtra venena leporꝫ ma A
rini aduerſant̄:eiſqꜫ menſaꝝ diuitū palma tri
buit̄:ſtomachū reficiūt:faſtidijs medentur.
¶ Additqꜫ luxuriā frig⁹ obrutis niue: ſūma B
montiū ꝛ marꝫ yma miſcēs.¶ Aluum leniter C
emolliūt:coctaqꜫ mulſo tenaſmo q̄ ſine exul
ceratiōe ſit liberāt.¶ Veſicaꝝ etiā vlcera re- D
purgāt.¶ Cocta ꝑ ſe in conchis ſuis ſicut venerint clauſa mire diſtillatiōibꝫ pſunt. Horū E
teſte cinis vuā ſedat:ꝛ ꝯſillas admixto melle
¶ Ariſto. Eſt āt piſcꝫ de genere oſtree.i.teſte E
dure:q̄ cauda natat ꝛ repit. ¶ Dyaſ. Oſtree F
porphire vnde purpura tingit̄ cochlee ſunt q̄ G
vſte deſiccatiue ꝟtutis ſunt q̄bꝫ ꝛ ceteraꝝ co
chleaꝝ ꝟtute ſunt ſiles.¶ Nā ꝛ ego eis vſus H
ſum in ramatica ꝛ diuturna ꝛ q̄ difficile ꝯcar
nant̄ vulnera ꝛ caua:et nimis ꝓfunda. quas
vſtas appoſui cū adipe veteri ꝛ butiro nouo.



## Capitulum.lxvij.

p

Agrus. Pauus. Pectine ⁊ Perca. Iſi. Pagrus piſcis ē quē greci fagrū ideo nūcupant: ꝙ duros dentes habeat: ita vt oſtreis in mari alat. Actor. Pagrus ⁊ ipſe eſt dentix. de q̄ dictū eſt ſuperi⁹. ¶ Plinius libro nono. Omes q̄dē piſces p̄gelidam hyemem ſentiūt: ſed maxime q̄ lapidem habere i capite eſtimant vt lupi ⁊ pagri. Cumq; aſpere fuerint hyemes: multi ex eis ceci capiunt: ſicut de lupo marino dictū eſt ſuperi⁹. ¶ Ex libro de na. rerū. Pauus maris dict⁹ eſt a pauone volucre: quoniā ſimilis ē ei i colorib⁹. dorſo eni ⁊ collo pict⁹ ē colore diuerſo. ¶ In eodē libro vt ſupra. Pectines maris armant vnguib⁹. lucent in tenebris ignium more. In magnis frigorib⁹ ⁊ magnis eſtib⁹ recondunt quia temperatū aerem eos habere oportet vt viuant: cum exceſſum paſſionū in elementis vngues eorum non pati valeant.

## Operationes

A ¶ Ariſtoteles. Aīalis marini qd̄ dicit pecten pedibus ſi q̄d appropinquauerit oculū ſubito claudit. ¶ Plini⁹ vt ſupra. Pectines ſponte nature harenoſis prouenīunt.

B ¶ Actor. Perca eſt piſcis fluuialis varij coloris curſu velociſſim⁹ ſquamis ⁊ pinnulis acutis ⁊ aſperrimis armat⁹: q̄b⁹ etiā ſe defendit cōtra piſces maiores ne p̄dantes eā īuadāt pre ceteris piſcib⁹ fluuialib⁹ ⁊ ſtagnenſib⁹ infirmis in cibo precipue conuenit.

C ¶ Alexander. Perca videns ſibi i luciū imminere horret pinnis: ⁊ ſic euadit.



## Capitulum. lxviij.

p

Lataniſte et Perna. Albertus in libro de naturis animalium. Plataniſte vt dicit Plinius. belue ſunt marine: que gange fluuio Indie naſcuntur et in mare veniunt. Et roſtrum habent delphini. et caudam habent cubitorum ſedecim longitudinis. His ſocijs ſunt belue: quos ſtatuas vocant brachia bina habentes: quibus tanta ineſt fortitudo vt elephantes in aquam intrantes infeſtēt: ⁊ eis permuſcidas abrūpat. ¶ Eodem libro vt ſupra. Perna animal ē marinum de genere concharū. Et eſt croceū valde magne quantitatis exiſtens. intra ipſas veſtitur vellere vilno ⁊ nitido valde precioſo: et fiunt inde ornamenta veſtium ⁊ peplorum precioſa.



Universidade do Minho
Biblioteca Pública de Braga

## Capitulum. lxix.

p

Iſtris. Albertus in libro vt ſupra. Piſtris animal eſt marinum magnū valde vt dicit Plinius. In oceano gallias attingente aliquando inuentum. Aliquando ſe offert mare in moduz altiſſime columne intra vela nauigantium apparens. et aquam ingentem ſpargit: ita ꝙ in pauorem vertit nauigantes.

## Capitulum. lxx.



p Inna ꝛ Plais. Plini⁹ li.ix. Pinna ē piſcis concharū generis. naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper: nec vnq̄ ſine comite: quem pinnotherem vocant. Alij pinophilacem: id eſt ſquilla parua. alibi cancer. dapis aſſectator. pandit aūt ſe luminib⁹. orbum corpus intus minutis piſcib⁹ p̄bens. Aſſultant alij, ptinus: ꝛ vbi licenti⁹ audacia creuit implent eaȝ. At illa ore compreſſo. q̄cquid cōcluſerit examinat. partemq̄ȝ ſocio tribuit. Quo magis miror: exiſtimaſſe quoſdaȝ aquatilibus nullū ineſſe ſenſum. ¶ Ex libro de naturis rerū. Pinna de genere concharū eſt: corpuſq̄ȝ rotundū habet. Mas ꝛ femina ſocialiter ambulāt. aperit pinna conchas ſuas ad lunā. ſeq̄ȝ paruis piſcib⁹ offert q̄ſi mortuam. Qui ptin⁹ exultantes vbi licentius (ſicut dictū eſt) audacia creuerit implent eius conchas. Mox vero pinnam ſe plenam ſentiens apphenſum q̄cq̄d incluſerit examinat. Actor. Plays eſt piſc̄ꝫ notus ꝛ viſitat⁹ apud nos. ſcȝ ꝛ bicolor. Nam ex vna parte albꝰ: ex altera niger. De quo ſicut de pluribꝰ alijs nihil in pnominatis autorib⁹ reppeti: niſi forte alijs nominib⁹ vocentur ab eis q̄ꝫ a nobis.

## Capitulum. lxxi.

p Orcus marinus. Iſidorus. Porcus marin⁹ eſt qui vocatur ſuillus. q̄r dū eſcam querit: more ſuis terraȝ ſub aquis fodit. Circa guttur enim habet oris orificium. ꝛ niſi roſtrum harenis immergat paſtum non colligit. ¶ Ex libro de naturꝫ rerū. Porcus maris eſt piſcis exibilis porci terre



ſtris ex magna parte ſimilis. Nam et caput habet ſimilimum: et membra in corpore. coſtaſq̄ȝ ſimili modo diſpoſitas. Tota fere caro eius in pinguedinem tranſit. Lingua eius abſoluta eſt vt porci: ſed voce differunt. In eius dorſo quedam ſpine ſunt venenū efficaciſſimum habentes: ꝛ punctionib⁹ ſuis valde cruciantes. Sed fel eorum puncturis remedio eſt. Plini⁹ li. xxxij. Inter venena piſcium ſunt porci marini. ſpine in dorſo cruciatu magno leſorum. Remedio autem eſt lim⁹ ex reliquo corporis piſcium eorum.



## Capitulum. lxxij.

P Olippus. Aresto. Polipp⁹ hꝫ immanē squamositatē pedū. ꝑ illā eni īuoluit oīe qꝺ sibi appropinq̄r. Aial nō hñs sanguinē hꝫ cerebꝝ. Mēbra vētrꝭ in sepia ꝛ multi pede ꝯsilia sunt ī figura ꝛ tactu ꝗc ꝗt comedit aggregat ī cauernis vbi manet. Et postq̄ oīe idoneū sibi comederit. tūc testas residuas ꝛ cortices cancroꝝ eijcit. Mutat colorē ei⁹ ꝛ colore lapidū q̄ sūt ꝓpe illum fit colorat⁹ qꝺ ei accidit cū timuerit. Ex lib. de na. re. Polippus est piscis tantā hñs virtutē in brachijs: vt nautaꝫ aliq̄n de naui incaute stantem rapiat: ꝛ ī mare trahat: eiusq̄ carnibꝫ satiet. Carnibꝫ eni libēter vescit. supin⁹ adheret scopulis: ꝛ auelli neq̄t. cui si fetida res admota fuerit: ab ei⁹ odore ꝓtin⁹ resilit. Hi in mari iuxta veneciā frequētissimi sūt. Item polippi siue multipes verso in terrā capite coeūt. oua atq̄ tā multa fecūditate faciunt: ꝙ hoīs occisi testa capi nō pñt. supq̄ sedētes et incubātes q̄si cancellatꝭ brachijs camerā faciūt. Itē pollippus vel multipes cornu cerui vel storacꝭ sic ei fumo deludit ꝛ deꝓhendit. ꝙ diligit ipm. ꝛ ob hoc intrat vasa venātū. Ex ipo etiā assato ī hamo posito venatores multos capiūt pisces. Polipp⁹ ꝛ karabo. si simul irriti fuerint: karabo mortu⁹ inuenit. Itē dē ꝙ cū ouant natāt: ꝛ mares ꝛ femīe debilitantur nimī: vt a piscibꝫ paruis comedant: ꝛ ī cauernis facile deꝓhēdunt. qꝺ tū nō accidit in iuuenibꝫ ꝛ puis: imo fortiores sūt magnis. Itē in hyeme coeūt. in vere aūt ouāt siue pariunt Caput maris longi⁹ est capite femine.



## Capitulum.lxxiij.

P Ungitiuus. Ex li. de na. re. Pungitiuus vero est oīm fere pisciū minim⁹ q̄busdā spinis ꝺm nomē suū pungēs Mas in eis circa fauces rubeus est. Femina vero illa rubedine caret. Ambo ꝟo maculis nudati sunt. Hos vulg⁹ opinat sine semine in aq̄s crescere. ꝛ qꝺ mirabilius est: alios etiā hoꝝ semē ꝓpagari. Vn̄ ꝛ hūc piscem matrē pisciū vocant. Dicūt eni si stagnū nouū fiat: nullusq̄ piscis immittatur. Hos pisciculos anno ꝑmo in eo inueniri. ꝛ anno scđo diuersi generis pisces ex eisdem ꝓpagari.



## Capitulum.lxxiiij.

P Urpura. Ex libris de naturis rerū. Purpure sunt conche marine q̄ verno tempe congregantur: ꝛ attrite liquoreꝫ ore saliuant. Similiter ꝛ murices circa canis ortū tricenis diebꝫ. Mutuoq̄ attritu lentore cuiusdā cere saliuāt similiter ꝛ murices. Purpuras ac viuas capere ꝯtendunt: ꝙ cum vita sua succum illū euomūt: ꝛ maioribꝫ quidē conchis detracta concha auferūt Minores vero cum testis frangunt: ita demum rorē eū excipiētes tyri lingua purpure longitudine digitali: qua pascitur ꝑforando reliqua conchilia tāta aculeo duricia. Aqua dulci enecantur: ꝛ sicubi flumini immerguntur. Alioquin capte etiaꝫ diebꝫ q̄nquagenis viuūt saliua sua. Hoꝝ pisciū conche īfra annū magnitudinē implēt: ꝙ si ante in crescēdo trāscurrāt: vim libidinis auferēt: nec vltra coire pñt: vt in tpe ꝓciosum liquorem pariant. Unde summa diligētia ꝑmo anno detrahun

Universidade de
Biblioteca Pública

tur eis conche vel ꝯſtringunt ne creſcāt. Hoc
liquore veſtis purpurea tingi ſolet. q̄ color ni
gricātis roſe more ſublucet purpure (ſm̄ Pli
nium) fetidis odoribꝫ capiunt. et cū ſemine
ces fuerint mari reddite reuiuiſcunt.

## Operationes

A ¶ Plini⁹ li. xxxiij. Purpure ꝯtra venena pro
ſunt. Horū teſte cinis vtiliter cū melle illinit
B vlceribꝫ capitis. ¶ Idem quoqꝫ cinis cū mel
le efficaciter ſanat mulierū mām̄as. pannis
C etiam inſiſtit vtroqꝫ modo. ¶ Idem cinis ſi
ue opus ſit incipiētes diſcutere ſiue coctos
emittere. Purpurarū ſiue muricū minora ge
nera ſunt efficaciora. ⁊ oris halitū cuſtodien
D tia. ¶ Dyaſcorides. Purpura maritima ⁊ bla
ta appellatur: ꝙ quaſi blitula ſanguinis ap
paret. Hui⁹ virtus ſicca eſt. vnde vulnera pu
trida gingiuarū in puluerē redacta ⁊ impoſi
E ta purgat ⁊ cicatrizat. ¶ Et ſi in eis mala ca
ro ſupercreuerit: puluerizata adbibita depa
ſcit eam ⁊ extirpat. hoc et eius vngule com
F buſte faciunt. ¶ Eedem vngule ⁊ cooptoriū
conchilij albū fumigata caſtorei odorem ha
bent: ac fumigatione ſua ſtericis offocationi
G bus laborātes liberāt. ¶ Epilenticos curāt.
bibita ventrē mouent. Conchiliū ipm̄ cōbu
ſtum omnia ſupradicta nouit facere.



## Capitulum. l

Ayte ⁊ Raba
turis rex. R
r lice dicunt
ter piſce
modum

ſcium copia. prope modum rotundus eſt. et
in lōgitudine ⁊ latitudine fere equalis. Ocu
los habet horribiles. Os quoqꝫ deformida
te liuidum. ⁊ hoc non eo loco quo piſces ce
teri ſed loco ventris. vbi vero caput ⁊ oculi
ſunt os non habet. Caudā habet prelongā
vt coluber: ⁊ in ea ſpinulas quaſdam acutas
valde. Habet ⁊ qn̄qꝫ in capite lapidē: nec cre
dimus ꝙ natura ei dederit eum inutilē. Hu
ius carnes indigeſtibiles ſunt vt carnes bo
uine. Impinguatur (vt dicit Ariſto.) vento
meridionali flante. Iorath Eſt aūt piſcis no
mine rabas ſtupefaciēs. ita ꝙ cū rhete porta
tur puenit ſtupor eius ad manū qua portat.
hic occultatur in arena ⁊ luto. Venaturqꝫ to
tum qđ ex piſcibꝫ appropinquat. ⁊ ꝙ ſtupefa
cit eos: ita ꝙ nō poſſunt moueri. Ipſeqꝫ con
ſequitur illos ⁊ comedit eos.



Universidade do Minho
Biblioteca Pública de Braga

ficium ſuū cū eis adducit: ſicq̧ comedit. Et ſi p partes illas que ſunt ſup oculos non venat quā deprehendit debilis ⁊ egra inuenit. Ex his etiam que latent eſt rana. cūq̧ latuerit vadit ad viride ſup aquā ⁊ cibat piſcibꝫ paruis q̄ ſunt in eo. Rana cōtinue generatiōis eſt. ⁊ ouat extra vnū ouū cōpletū tantū. Et eſt dure teſte, ꝓpter ſalutē qua exteriꝰ indiget. Huius cā ē natura ſui corpis: q̄ caput eiꝰ ē i q̄ntitate multiplex ad ſuū corpꝰ. et ē ſpinoſum. Jdeoq̧ nō recipit pullos in vltimo. Omnes autē piſces nutriūt filios preter ranas.

## Operationes

A ¶ Auicenna in. iij. canone. Rana marina rubea (ſicut narrauerūt ſapientes) maligna eſt inuadens aīalia. Nā ex longinquo ad ea ſalit vt mordeat. ⁊ ſi mordere nō poteſt: exufflatione noci[u]ā ad ea ſufflat. ¶ Ex eius morſu
B
accidit apoſtēa magnū ⁊ ꝑditio velox. ¶ Cruta eius cū tyriaca magna: ⁊ quod eſt eius generis. ¶ Actor. Rana marina rubea veneno
C
D
ſa. ⁊ eius potus accidit obfuſcatio corpis. ⁊
E alia multa incōmoda. ¶ Idē. De hac ⁊ alijs ranarum ſpeciebus dictum eſt ſupra in tractatu de aīalibꝫ capitulo. cxxij.



¶ Idem in libro. xxxij. Rumbi carnes trite ⁊ ex aqua mulſa date febricitantibꝫ pficiunt. A
Ex libro de naturis rerū. Rumbus eſt piſcis magnus fortis ⁊ aſtutus: ſed tardus. hic q̄ piſcis vt rana marina ſimili modo depdat. Nam in limo turbato abſconditus. pinnas excertas mouet: ⁊ vbi piſces approximare viderit: mox eos corripit et deuorat. Argumentum eſt eius ſolerte. q̄ cū ſit tardiſſimꝰ omniū piſciū. mugilum tamē velociſſimū in ventre ſepiſſime reperitur habere.



## Capitulum. lxxviij.

Ubus ⁊ Ryache. Albertus i libro
r de naturis animaliū. Rubus eſt piſcis in mari. Jta lie ⁊ grecie habundans: ⁊ eſt de genere pectinis totꝰ rotundus quaſi circulus pinnulis circūpoſitis. ⁊ i parte magna pictus eſt rubeis virgulis ⁊ maculis. ⁊ illa ſupficies tota eſt plena ſpinis aliq̄ntulum anterius. Et hic piſcis eſt piger ad natandū ꝓpter ſui corpis latitudinē. demergit [...]tē in ꝓfundo ⁊ turbat aquā ⁊ piſces qui ac[...]rint incautos cōfodit. ita q̄ etiā velociſ[...] [p]iſcem mugilum in ventre habere inue[...] [h]ic piſcis delicatus eſt: et dulciſſime [...] eodem libro Ryache dicuntur pi[...] [...]ni genere rotundi. ita q̄ cubitū [...] [c]ubitos habent in latitudine [...] longū. caudam habēt longā [...] acutas ad natandum ocu[...] [...]s quaſi in loco vētris tur[...] [ha]bent duras ⁊ indigeſti[...] [...]rius inuenitur. ibi eſt [...][con]ſideratur.

Universidad de
Biblioteca Pública





# Capitulum.lxxix.

ſ Almo ⁊ Salpa. Phiſiologus
Salmo dicitur a ſaltu.caudaꝫ
enī ore replicat ⁊ reflectit.firmi
ter eam ore tenens:donec ſalt⁹
agilitate locum etiam abruptū
conſcendit.ſed nec color multum valet: aut
ſapore anteꝙ̃ guſtauerit mare. Ad quod ten
dens contra fluminis impetum a ꝓpoſito nō
diſiſtit quouſq; reficiatur.deīde ad nota do/
micilia reuertitur. Ex libro de na.rex. Sal/
mo piſcis eſt in latitudinem ⁊ longitudinem
magnam excreſcens. Robore quoq; forꝫ eſt
ſed ponderoſus ⁊ grauis. Vis quā habꝫ agi
litas a potentia virtutis eius eſt potius ꝙ̃ a
leuitate corporis.hic vt dicit Pli.olim ꝑfere
batur omnibus piſcibus fluuialibus.⁊ ma/
xime in aquitania. Carnes eius rubee ſunt.
que licꝫ dulces ⁊ grates ſint valde.tñ ſatieta
tem cito manducātibus ingerunt.piſcis iſte
ſemꝰ facit:nec diu viuere poteſt ī aquis dul
cibus ſtagnorū niſi liberum habeat tranſitū
ad dulces vndas fluuiorum.quīetiā vbi in
tranſitu ſepē vel aliq̄d hmōi obſtaculū inue/
nerit:caput caude cōiungit.ſic q̄ꝫ corpe ꝓ/
uolat ad optata. In libro vt ſupra. Salpa pi
ſcis eſt obſcenus ⁊ vilis.hic miraculū ſui pre
bet vt nunꝙ̃ decoqui poſſit niſi prius forti/
ter fuſte vel ferula verberetur.

# Capitulum.lxxx.

ſ Parus ⁊ ſtaurus. Albertus in libro
de naturꝫ aīaliū. Sparus piſcis eſt
marinus ⁊ telo miſſili qꝫ ſpergitur quando ia
citur.⁊ dictus eſt eo qꝫ habeat huius inſtru/
menti figuram. In libro vt ſupra. Staurus
piſcis delectabilis qui ſolus ruminat. inter
piſces.hunc piſcem dicunt non multos ha/
bere dentes:⁊ ideo ruminatione indigere.li/
cet hec ſit cauſa ruminationis.dicunt etiam
hunc piſcem romani de longinquis partibꝰ
allatum in tyberi eſſe multiplicatum.



# Capitulum.lxxxi.

Epia. Iſido. Sepia dr̄ qꝫ ſepibꝰ inter/
ſ cluſa facilꝰ capitur in coeundo obſce
num genꝰ.nā ore cōcipit ſicut vipera

huius attramēti tanta vis eſt vt lucerne ad-
ditū ethiopes videri. ablato pori lumie q̄dā
tradūt. ¶ Ex li. de na. rex. Sepia ↄcipit ore ſi
cut ꝛ vipera. oua eius dura ſunt. De non na-
ſcant i mari niſi par ꝛ par: maſculus ꝛ femina
om̄i tpe ouant. ꝛ in quadragīta noctibꝰ oua
ſua cōplent. Femina cū ouat: mas eā ſequit.
ꝛ ſup oua ſemen inſufflat vt viuificet. ¶ Are
ſto. Sepia membrū habet ſub ore poſitū q̄d
dicit̄ maſtim. in quo eſt ſperma magnū. et q̄n
accidit timor: eijcit illud in aquā ꝛ turbat eā.
Habet etiam in interiori ſuo vaſa duo plena
ouis in albedine ſimilia grandini. Corpa ſo
mariū magꝭ aſpera ſunt q̄ feminaꝝ. Pullus
ſepie ↄtinuus eſt cū ouo in anteriori corpor̄
parte. nec pōt aliter eſſe. Anterior eni pars ꝛ
poſterior in eodem loco conueniunt.

## Operationes

A ¶ Diaſc. Sepia cū attramēto ſuo cocta ca-
coſtomacha eſt. ventrē mollit. Os ō molle eſt
oſſis eiꝰ collirijs cracomatic̄ neceſſarie mi-
B ſcetur. ¶ Item oſſa tuſa o niguinē dentibꝰ tol
lūt maculas carnis integro colori reſtituūt.
C ¶ Glaucomata boim vel aīalū in oculis ſuf
flando maxime cū ſale ad ſanitatē pducunt.
D ¶ Os eiꝰ tritū ꝛ cū aqua bibitū toracꝭ vitijs
E ꝛ aſmaticis oīno pdeſt. ¶ Pli. li. xxxij. Ocu-
loꝝ tumorē ruboremq̄ ſepie cortex cum lacte
mulier̄ illitꝰ ſanat. ꝛ p ſe ſcatiricias emēdat.
F ¶ Cinis eiuſdē corticis cicatrices oculoꝝ
G ſanat. ꝛ albugines iumētoꝝ emēdat. ¶ Se-
pie in cibo ſoluūt. eariſq̄ teſte ex aqua ſalſa
mentorū inherētia corpori tela extrahunt.
H ¶ Medent̄ ꝛ lentigini ceteriſq̄ vitijs ex oſſi
I bus ſepiarū vſtis. ¶ Idem cinis ꝛ carnes ex
K creſcentes tollit: ꝛ humida vlcera. ¶ Platea
rius. Os ſepie quod in eius ventre inuenit̄:
ad albandos dentes valet. ſi puluere eiꝰ ſub
L tili in panno lineo poſito fricentur. ¶ Ad fa-
ciem quoq̄ dealbandam puluis eius cū vn-
guento citrino conficitur.

## Capitulum. lxxxij.

Erra ꝛ Scilla. Iſido. Serra denta
ſ eſt: q̄ ſerratā hꝫ criſtā: ꝛ ſubtꝰ natās
nauē ſecat. Phiſiologꝰ Serra ē ma
rina belua pēnas hñs imanes. qua cū vide-
rit in mari nauē velificantē eleuat pennas ſu-
as: ꝛ ↄtendit velificare cū naue. Ubi aūt cu
currit ſtadijs. xxx. vel. xl. laborē ſuſtinēs de-
ficit: ꝛ pennas deponēs ad ſe trahit. Uñ na-
uem maris cauſa iam laſſam repoītāt ad pri-
ſtinū ſuū locū in pfundum. Ex libro de natu
ris rex. Serra criſtā habet ſerratā. qua na-



uibꝰ occulte ſupnatās eas in fundo ſecat: vt
intrāte aq̄ hoīes aſtutia doloſa mergat: eo-
rūq̄ carnibꝰ ſatiet̄. Alia quoq̄ ē eiuſdē nois
marina belua ingens pinnaſq̄ latiſſimas ha
bens quibꝰ ↄtra naues velificare ↄtēdit. Ex
li. de na. re. Scilla monſtrū eſt habitās in eo
mari q̄d italiam ꝛ ſiliciā intercludit. Nautis
quidem ꝛ oībꝰ hoībꝰ inimicus eſt: ꝛ eorū ſan-
guine carnibuſq̄ delectat̄. caput ꝛ pedes ha-
bet ad modū virginis formata ſicut ſyrenes
ꝛ rictus. ꝛ oris hiatū ac dētes horridos vte-
rū beſtialē: ꝛ delphini caudā. Mire fortitu-
dinis ē: nec i aqua facile vincit̄. In terra ꝓ
ꝓpe imbellis hꝫ ꝛ vocē aliquantulū muſicā.
ipaq̄ belua carmine mirifice delectatur.



## Capitulum.lxxxiij

s yrena. Ex libro de naturis rerum. Syrene ſunt animalia mortifera: q̄ a capite vſqȝ ad vmbilicum habent figuram mulieris improcere magnitudinis: horrenda facie. Crinibus capitis longiſſimis atqȝ ſqualentibus. Apparent autem cum fetibus quos in brachijs portant. Mamis etē fetus lactant: quas in pectore magnas habēt Quas quando vident naute multum timent: eiſqȝ lagenam vacuam proijciunt. et ipſa cum lagena ludit donec nauis pertranſeat. Reliquam vero partem corporis habent vt aquila. et in pedibus vngues ad laniendum abiles. Porro in fine corporis habent ſquamoſas piſcium caudas. quibus vt remigijs in gurgitibus natant. Quoddam etiam muſicū ac dulciſſimum melos habent in voce. quo delectati nauigantes ⁊ attracti reſoluuntur in ſomnū. ſopitiqȝ ſyrenarum vnguibus dilacerantur. Sed nōnulli nauigantium ſapienti vſi conſilio: fortiter aures ſuas obturāt: ⁊ ſic immunes tranſeunt. ne mortifero ſyrenarū cantu illiciantur ad ſomnum. Hee quidem belue in quibuſdam profundi gurgitis inſulis: ⁊ aliquādo in fluctibus cōmorantur. Et quod de lagena dictum eſt illi teſtati ſunt: qui eas ſe vidiſſe dixerunt. Syrenas tamen has nō in veritate beluas ſed meretrices quaſdam yſidorus fuiſſe deſcripſit. que tranſeuntes ad egeſtatem deducebant. Sed ⁊ philoſophi ⁊ ſanctorū expoſitorū nōnulli contrarium ſenſiunt vera mōſtra marina eſſe dicentes. Sunt ⁊ ſyrene ſerpentes in arabie partib9 habitantes. equi curſu velociores. quarum etiam quedam alas habentes volare poſſunt. Harum tantum virus eſt efficaciſſimū ad nocendū. vt morſum ante mors q̄ dolor ſequatur. ¶ Phiſiologus. Syrene ſunt animalia mortifera vſqȝ ad vmbilicum figurā hominis habentia. extrema vero pes vſqȝ ad pedes volatilis. ⁊ piſcis habet figuram. Muſicum quoddam ac dulciſonum melodie carmen canunt. ita vt auditus hominum longe nauigantium ad ſe trahant. nimiaqȝ ſuauitate prolixe modulationis aures eorū: ac ſenſus delinientes in ſomnū vertant. Tūc demū cum vidēt eos grauiſſimo ſomno ſopitos. ignaros ac per inſipientiam ſuam deceptos īuadunt et carnes eorum dilaniant.

## Capitulum.lxxxiiij.



s Pinachia et Squatina. Ex libro de naturis rerum. Spinachia corpore quidem eſt puſilla: ſed vtiliſſime vndiqȝ ſpinis extantibus munita a morſu cuiuſlibet alterius piſcis eſt acutiſſima. ¶ Yſidorus. Squatinus dictus eo q̄ ſquamis ſit acutus. vnde ⁊ eius cute lignum politur. ¶ Plinius libro vndecimo. Squatina eſt piſcium genere q̄ pro ſpina cartillaginem habent. Omniaqȝ talia carnoſiora ſunt ⁊ ſupina veſcitur. Diuerſa piſciū genera non coeunt in ſimul: preter ſquatinam ⁊ ranam. ex quibus naſcitur piſcis parte priori rane ſimilis. Et nomen ex vtroqȝ cōpoſitum apud grecos trahit. Piſcium quidam ter in anno pariunt. Quidam bis. vere. ⁊ autumno. Ex planis ſola ſquatina bis. autumno occaſuqȝ vergiliarum. Squatina vero intra ſe parit oua premollia in alium locum vteri transferens: ibiqȝ excludens. Simili modo et omnia que appellauimus cartillaginea: ita fit vt ſola piſcium ⁊ animal pariant ⁊ oua concipiant. ¶ Ex libro de naturis rerum. Squatina piſcis eſt in mari quinqȝ cubitos habēs longitudinis: ⁊ caudam pedalem. Hic abſconditus in limo piſces corripit ſubito. Cutem tam aſperam habet vt ex ea lignum ⁊ ebora poliantur. Pilus ipſius cutis breuis ⁊ niger eſt. hunc adeo durum natura creauit: vt ferri vel calibis acumine vix incidi poſſit.

## Capitulum.lxxxv.



s Olaris ꝛ ſolea. Ex li. de na. re. Solaris dict⁹ ē eo ꝙ i ſole libēter i ripis fluminū iacet. Caput hꝫ magnū: orificiū latū. cutē nigrā ac lubricā q̄lis eſt anguillaꝝ. Epar hꝫ dulciſſimū ꝛ eſibile pcipuū. i vaſtitate ac longitudinē maximā creſcit. Pli. li. ix. Solea ē piſcis a figura denoīta eo. ſ. ꝙ calciamētoꝝ ſoleis aſſimilet.

## Operationes.

A ¶ Actor. Solea piſcis ē marinoꝝ piſciū iuxta medicos infirmis i cibo ſuauiſſim⁹: ꝙ min⁹ ceteris flegmatic⁹: eſt etiā ſapore gratus.

s Colopendra ꝛ ſcorpio. Pli. li. ix. Scolopēdre marine terreſtribus ſiles: q̄s centipedes vocāt. hamo deuorato oīa iteriora euomūt donec hamū egerāt: deīde reſorbēt ¶ Yſi. Scorpio dict⁹ eſt ꝙ ledit dū manu tollitur. Tradūt āt. ꝫ. cancris cū manipulo ocimi alligatis. oēs q̄ ibi ſūt ſcorpiōes ad eū locū congregari. ¶ Ariſto. Scorpio marin⁹ ouat i vere ſemel. ꝛ iteꝝ autumno. ¶ Pli. lib. ix. Cancri mortui in ſcorpiones figurant in ſicco.

## Operationes

¶ Idē li. x. Mēte ſucc⁹ ꝫ ſcorpiōes marinos ſumit. ¶ Idē li. xxxij. Mul⁹ etiā illit⁹ vel in cibo ſumpt⁹ ꝫ ſcorpiones marinos ſumit ꝛ auxiliat A B
¶ Scorpionis āt marini fel alopicias replet. C
¶ Fel marini ſcorpionis rufi cū oleo veteri aut melle actico incipiētes ſuffuſiones diſcutit. D
¶ Iterūqꜫ fel ſcorpiōis marini cicatrices tollit E
¶ Scorpius marin⁹ necatus in vino: ꝛ obuli pondere potus veſica vitia ꝛ calculos ſanat. F
¶ Lapide q̄ꝫ q̄ inuenit i ſcorpiōis marini cauda: cū ſol ē i cācro torquāt ſerpētes ictibꝰ ſcorpionū. G
¶ Oyaſ. Scorpiōes marini colerā deponūt. ſuffuſiōes oculoꝝ detergūt. caligines ꝛ glaucomata tollūt. H
¶ Idē. Marini ſcorpij fel magnā hꝫ vtutē. ꝛ ante ſella q̄drupedū ꝓmiꝫ. facit āt ad effuſionē ocloꝝ ꝛ ad caliginem ꝛ ad aſpredinē palpebraꝝ. I
¶ Aui. iii. ij. cā. Ceruſa ſtanni ꝯfricata ſup marini ſcorpiōis pūcturas ꝯfert. K
¶ Idem in. iiij. Ex morſu ſcorpiōis marini accidit inflatio vētris ꝛ forma ꝑ ꝯpica. ꝛ q̄nꜫ vētoſitatis: exitus abſqꜫ voluntate. L
¶ Cura ei⁹ eſt cura draconis marini ꝛ tracele. M





## Capitulum. lxxxvi.



Universidade do Minho
Biblioteca Pública de Braga

## Capitulum.lxxxvij.

Pongia. Scuamis ⁊ Scinthi. Albert⁹ in li. de na. aialiũ. Spõgia marinoꝶ eſt q̃ multoꝶ generꝶ eſt. Et conueniũt cũ aialibꝫ in motu ↄtractiõis ⁊ dilatatõis Quedã eaꝶ immobiles ſunt a ſaxis. ⁊ ſi abrũpant̃ a radicibꝫ recreſcũt. Quedã ãt ſunt mobiles de loco ad locũ. In turbatis melius viuũt et in puris aquis putreſcũt ⁊ cibant̃ limo ⁊ piſcibus ⁊ oſtreis. ¶ In libro vrĩ. Scuamis eſt piſcis marinus quã germani catulã maris vocãt. Hic q̃nq3 pedes h3 in lõgũ ⁊ caudã monopedalẽ. Hic piſcis in limo abſcondit⁹ improuiſos interficit piſces. Cutẽ etiã h3 ita aſperã. vt ea cũ ſicca fuerit ligna ⁊ ebora poliant̃. pil⁹ ꝓo ei⁹ breuis eſt ⁊ niger ⁊ ſimilis ariſtis berbe fuſonũ. ⁊ adeo durus eſt vt ferro ⁊ calibe vix poſſit ſcindi. ¶ In eodẽ li. Scinti aialia ſunt aq̃tica in nilo natantia cocodrillis figura ſimilia ſed ſunt multũ minora ⁊ cõtractiora. Hoꝶ carnibꝫ infecta pocula vim veneni extinguũt. prenunciant etiã tempeſtates. Antra ſua arantia ⁊ oſtiũ ab oppoſito ei⁹ venti q̃ flaturus eſt aperientia ⁊ cauda villoſa aliud foramen qđ aduẽtum reſpicit obturantis.



## Capitulum.lxxxviij

Tonc⁹ ſiue Stinc⁹. yſi. Stinc⁹ eſt belua circa nilũ. Aui. Stincus eſt guarl de nilo q̃ capit̃ in egypto. ⁊ eſt maucẽſ q̃dã q̃ ſit de partu cocodrilli. Melꝰ ãt de ipſo eſt illḋ qđ ẽ in pte renũ: auget q̃nq3 coitũ ita vt nõ ſedet̃ niſi ſorbitiõe iuriſ lactucaꝶ ⁊ lentiũ.

### Operationes

¶ Pyaſ. Stincus eſt aial qđ inuenit̃ in India A
q̃drupes ⁊ ſilẽ lacerte: h3 lõgi⁹ atq3 ventroſi⁹. h
aũt fallit̃. ⁊ ad venereos vſus facit ſi caro eius
ex vini ciato potet̃. nã ſi pl⁹ ſumat̃ neruos ledit.
¶ Alb. i li. ð na. aialiũ. Stinc⁹ eſt aial marinũ B
mediũ inter placã ⁊ aial qđ eſt ſicut ſtella pentagonũ ruſi coꝛis: ⁊ in medio h3 rimas q̃bꝫ trahit nutrimẽtũ. Et ita excitat libidinẽ q̃ ſanguinẽ eijcit p coitũ. nec tñ ↄcumbens adhuc coitu ſatiatur. nec medicinã habet libido niſi p ſuccũ lactuce bibitum.



## Capitulum.lxxxix.

Turio. Ex li. de na. re. Sturio eſt piſcis magn⁹ habitãs in aq̃s fluuialibꝫ q̃ magne ſũt ⁊ diffuſe. viuere diuti⁹ nõ poteſt in ſtagnis niſi ad dulces fluuioꝶ aq̃s tranſitũ habuerit. Cibi parũ aut nihil admittit ĩ corpe Cui quippe cibꝫ in nutrimentum ſufficiẽs eſt. ipſa ſola aeris ſerena tranquillitas. quaꝓpter ⁊ modicũ h3 ventrẽ ac ꝓpe modũ ſolidus ĩ loco vẽtris. ſicut in reliq̃ corpis parte. h3 inteſtina licꝫ parua reſpectu ſue magnitudinis. Epar vero ſatis magnũ ⁊ adeo dulce: q̃ vix comedi ſine ſtomachi abominatione poſſit. vnde eius felle qđ ↄtiguũ eſt epar fricari ſolet: vt ex exceſſiua dulcioris in epate: temperet̃ exceſſu amaritudinis

in ſelle. Ore caret: ⁊ illa pars integra eſt q̄ i ce
teris aialibꝰ os occupare ſolet: nec niſi modicū
ſub gutture foramen habet clauſū. cū voluerit
apertū aeris ſerenitat. Auſtro citiꝰ impingue
ſcit. aqlone ſpo flāte ſubſidet in ꝓfundis. Idē
in lacte poſitꝰ diu ſic in aqua viuit. ¶ Alb. in li.
de na. aialiū. Sturio piſcis notꝰ eſt: quē anti
qui ſtoriā vocauerūt. Eſt aūt piſcis lōgi naſi:
⁊ magiꝰ ad lōgitudinē nouē pedū qn̄ cōpletus
eſt. ⁊ eſt rotūdꝰ in modū claue. ⁊ tres hꝫ teſticu
los in pelle pungentiū ꝑ corpis longitudinem
Os habet ad ſugendū potiꝰ q̄ ad māducādū.
⁊ ideo in ventre eiꝰ nihil cibi inuenitur groſſi: ſꝫ
humor viſcoſus quem ſugendo accipit: carnes
habet albas ⁊ dulces. ⁊ nō hꝫ oſſa niſi in capite
Pinguedinē habet croceā. ⁊ epar hꝫ magnū ⁊
adeo dulce q̄ niſi felle ſuo temperet: ꝓ dulcedi
ne generat abominationem.



## Capitulum. xc.

s Tella. Pliniꝰ li. ix. Stellā in mari ſa
pientia claros autores video mirari. Cu
ius figura hec eſt parua admodū caret intus:
extra duriore callo. Huic tam igneū feruorem
eſſe tradunt: vt oīa in mari cōtracta adurat.
omnē cibū ſtatim peragat.

### Operationes

A ¶ Idem in li. xxxi. Carnes āt marine ſtelle cō
B tra marini draconis ictus valent appoſite.
¶ Ex li. de na. re. Stella piſcis eſt in mari oc
cidentali. cuiꝰ figura eſt ad modum ſtelle. Hec
cū aliqd aial comederit: mox inuenit in eiꝰ ven
tre dvrū quaſi bis coctus panis.



## Capitulum. xci.

s Fungia. yſid. Sfungia dicta eſt a fin
gere. i. nitidare vel extergere. Vn̄ Cice
ro. Et fingebat ſfungijs ſanguis. i. extergeba
tur. Animal āt eſſe docet cruore petris inherēte
Vn̄ ⁊ dū abſcinditur ſanguinē remittit. Nā alia
ſunt viuētia in aqs: q̄ diſcurrūt vt piſces. Alia
q̄ ſtant fixa vt oſtree. ꝗcinꝰ ſfungie. Ex his alie
mares dicūt: eo q̄ tenues ſūt fiſtule ſpiſſioreſq̄
Alie femine: q̄ maioribꝰ fiſtulis ac ꝑpetuis ſūt.
Alie duriores: quas greci appellant tragos. ⁊
nos bucoſas dicere poſſumꝰ ob aſperitatē ſui.
Nouiſſimū genus earū peniculi vocant: eo q̄
apte ſunt ad oculoꝝ tumores: ⁊ ad tergendas
lippitudines vales. Cādide ſfungie cura fiūt.
ꝑ eſtatē eīn ad ſolē ſternunt. ⁊ ſicut cera punis
ca candorem bibunt. ¶ Pli. li. xxxij. In mari
campanie vicino panē abiectū rapiūt. ⁊ ibidē
ad nullū cibū in quo hamus ſit accedūt.

### Operationes

¶ Pli. i li. vīs. Aq̄lo nares ſfungias ceterī ꝑſe A
rūt nec vſq̄ diutiꝰ durare ipm medici aſſerūt.
¶ Harū genus molliſſimū peniculi tumores B
oculoꝝ ſedant ex mulſo impoſiti. abſtergende
quoq̄ lippitudini vtiliſſimi.
¶ Imponunt ⁊ ipſe ſfungie epyforas expoſita C
⁊ ad dolores capitis ex aceto calido.
¶ Recentes diſcutiunt. molliunt: mitigant. ve D
teres autem vulnera glutinant.
¶ Vlcera q̄ꝫ hūida ⁊ ſilia ipoſite ſiccāt fracture E
⁊ vlcera. ¶ Sfungijs vtiliſſime fouet. q̄ ſan F
guis rapit inſiccādo: vt ꝓſpici poſſit curatio.

b ¶ Infantiam ꝙ̃ ſiriaſim. i. capitis vlcera ſpun-
gia frigida cerebro humefacto ſanat.



# Capitulum. xcij.

t Lucha. Titimallus ⁊ Torpedo. Actor. Teucha piſcis eſt fluuialis vel ſtagnenſis oi̅bꝰ notꝰ. In limo ſicut anguilla nutritꝰ. vnde ⁊ eius coloris eſt. ſcꝫ lucei ſiue nigri. vterq̃ piſcis ſaporis dulcis eſt: ſꝫ male digeſtio̅is. ¶ Yſidorꝰ. Titimallus nome̅ ex flore accepit. Tynum quippe flos appellatur. Nam cum ſit ſpecie gratꝰ ⁊ ſapore iocu̅dus: tn̅ ſicut flos fragrat ⁊ corpore odores aſpirat ¶ Idem. Torpedo dicta eſt eo ꝙ corpus tepeſcere faciat: ſi ea̅ q̃ſq̃ viuentez tangit. Torpedo ſicut ⁊ ſquatina eſt ex genere piſciu̅ q̃ cartilagine̅ habe̅t ꝓ ſpina. Oi̅a q̃ talia carnoſiora ſu̅t: ⁊ ſupina vei cunt Torpedo oua in terra ſeparit pre mollia in alium vteri locum transferens vbiq̃ excludens Octo genos habet fetus. Nouit torpedo vim ſuam. ipſa non torpens: merſaq̃ in limo ſe occultat.

## Operationes

a ¶ Plinius li. xxxij. Torpedo emollit aluum in cibo ſumpta.

b ¶ Et lyeni medetur impoſita ꝓcidentiſ morbu̅ ſintranei ꝗꝫ prohibet appoſita.

c ¶ Deniq̃ ſi torpedo dum eſt in libra capiat̃ eri duoq̃ ſub diuo aſſeruet̃: faciles efficit partus.

# Capitulum. xciij.



t Rebius ⁊ Tructa. Ex li. de na. reru̅. Trebius eſt piſcis niger pedalis tm̅ lo̅gitudine. habe̅s tn̅ q̃nq̃ digitos. in craſſitudine hanc ei vim ineſſe Plinius recitat. vt pars eiꝰ in ſale ſeruata: auru̅ q̄d in altiſſimos puteos deciderit. admota extra hat ac fluctuare faciat. Hic colore̅ candidu̅ i hyeme mutat. ⁊ eſtate nigrior fit. ſolꝰ inter omnes piſces ex alga nidificat ⁊ oua in nido parit. Trebius eſt in oceano q̄ duro naues perforat roſtro. ¶ Actor. Tructa exteriꝰ q̄de̅ varia ſic ⁊ petica. ſꝫ interiꝰ rubea. q̄ quide̅ vt fert̃ q̄diu minoris etatiſ ⁊ corporis exiſtit in aq̄s tm̅ dulcibꝰ nutrit̃: ⁊ tructa vocat̃. Cu̅ au̅t excreuerit ⁊ deſcende̅s vſq̃ ad ꝯfinia maris de ſalſedine illiꝰ biberit: ſalmo efficit̃. q̄d tn̅ veru̅ eſſe nequaq̄ ab oi̅bus aſſerit̃. Eſt au̅t vterq̃ piſcis delicioſus ⁊ ſapidꝰ ¶ Ex li. de na. rer. Tructa piſcis eſt habita̅s in fluuijs dulcibꝰ: q̄ magno impetu currunt de mo̅tibꝰ. ſquamas hꝫ vt ſalmo. carneſq̃ ſimiles mas: ſꝫ multo eſibiliores. ⁊ h̄ in eſtate tm̅ a me̅ſe Julio vſq̃ ad Noue̅bri̅. hyeme ꝟo carnes hꝫ albas vt ceteri piſces: minoriſq̃ ſaporiſ. maſculas hꝫ in dorſo croceas atq̃ ſanguineas.

# Capitulum. xciiij.

t Eſtaꝫ. Alb. in li. de na. ai̅aliu̅. Teſte animal eſt marinu̅ q̄d pellis duricie teſteu̅ appellat̃. Hic au̅t adeo ſpiſſam ex ſalſugine maris ꝯhꝫ pelle̅ ⁊ duram ꝙ calor naturalis interior ꝑ poros reſpiraculu̅ h̄re no̅ valet. cauſa eſt infirmitatis aliq̄n: ⁊ tunc petit aq̄s dulces in q̄bꝰ pellis deſpiſſat̃. ⁊ ſic ſepe co̅-



mutat ſeipm: tñ ex mari nõ potat niſi aq̃s dul-
ces q̃ in mari ſũt. ſicut olim in hac ſciẽtia ꝓba-
mus ꝑ vas teſteũ in aqua poſitũ.



## Capitulum.cxv.

Eſtudo. Alb. in li. viĳ. Teſtudines ha-
bitant Indicũ mare: ita latas teſtas ha
bẽtes: q̃ hoĩbꝰ ſufficiũt ad hoſpitia pte coꝝ in
tecto poſita. Aliq̃n etiã in teſtis illis nauigatur
inter inſulas q̃ſi in zimbis. Hec teſtudines ſic
capiunt: vt dicit Plini⁹. in feruore em̃ ſolis gau
dẽtes: toto dorſo roſtro natant in maris ſuper
ficie: donec ita deſiccant̃ q̃ mergi nõ poſſunt:
ꝛ tũc inuite natãt donec manibꝰ accipiũt̃ vidẽ
tiũ. Dicit etiã aliq̃ q̃ nocte ad paſtũ teſtudines
ille egrediũt̃: ꝛ ſaturate obdormiũt in ſupficie
aque natãtes. ꝛ tũc plurimis ob capturã ꝯgre-
gatis tres natant ad teſtudinem quoꝝ duo ad
apprehenſam ꝯuertũt chocham ita q̃ in tergo
latet oſtreum. Tertius aũt laqueũ inijcit capi
ti vel membro qđ eſt in loco colli. Et reſidui q̃
in littore ſtant trahunt ipm ad terrã. Teſtudo
aũt hec magna ſic ꝛ parua dentes non habet.
ſed roſtri margines habet acutas ita pixide. ꝛ
dicit̃ tanta eſſe oris eius duricia vt etiã lapides
cõminuat. Dicit etiã Plinius q̃ hec aĩalia co-
eunt pecudũ more. ꝛ q̃ femine coitum de facili
nõ ſuſtinent donec maſculus aduerſus femine
feſtucas in ore poſuerit. In terra egreſſe ouãt
oua ouis anſerum ſimilia. ꝛ facit centũ vel am
plius. ꝛ illa fodit in terram extra aquã: ꝛ aliq̃n
pectore iacet noctibꝰ ſup ea. Et ideo q̃dã dicũt
ea viſu fouere q̃ tamẽ eſt falſum fetus: aut in
terra educãt: ꝛ inducũt in aquã. Teſtudines
marine pecudũ more coeunt. vt dicit Ariſto. et
in terrã egreſſe oua vſq; ad centũ ouis anſerũ
ſimilia pariunt: que ꝛ quidã ab illis tm̃ oculis
ſpectando foueri dicũt. ¶ Yſid. Teſtudo autẽ
dicta eſt eo q̃ tegmie teſte in modũ camere ad-
operta eſt. Hoꝝ q̃tuor ſũt genera: quoꝝ vnũ
eſt de quo hic agit̃. ſcʒ teſtudo marina. Aliud
ꝙo eſt teſtudo lutaria. De alijs ſuis locis dictũ
eſt. ¶ Solin⁹. Tracie populi marinas teſtudi
nes capere gaudent. Quaꝝ tanta eſt magnitu
do vt ſupficies eaꝝ domũ faciat: ꝛ numeroſaꝫ
familiam nõ arcte receptat.



# Capitulum.xcvj.

t Igruis ⁊ tritte. Alb. in li. de na. aīaliū. Tigruis ē aīal marinū. Hec beſtia caudā hꝫ duoꝝ cubitoꝝ latitudis Fetū facit ī mari ⁊ nūq̄ȝ in terra. In terra āt erit ad ſiniſtrā: et h ꝯtigit: qꝛ oculo dextro meli⁹ videt q̄ȝ ſiniſtro flāte aq̄lone libēti⁹ exeunt q̄ȝ alio tpe. Pli. dic̄ q̄ naue inſequūt curioſitate vidēdi vela. et hic ſtupore tm̄ detinet q̄ tridente in eos iacto vix fugiāt. in hieme latent vltra modū. Impinguātur ita q̄ tertio āno vel q̄rto plurimūq̄ȝ moriūtur. In ethiopia tigrui beſtie ſūt colore fuſco ⁊ duab⁹ mām̄is a pectore deſcēdentib⁹ fet⁹ lactātes vt dicit Solin⁹ Dicit etiā q̄ tigruis ī pōto naſcit. eo q̄ aqua ceteris marib⁹ hꝫ dulciores. Et ſi flumia itrat: dextro latere intrat: ſiniſtro exit. ¶ In li. vrū. Tritte ſunt piſces fluuiales in his currentib⁹ ei fluuijs q̄ cū impetu ruunt de montib⁹. Squamas ⁊ carnes rubeas hn̄t. In eſtate vt ſalmo: in hyeme ſunt albeſcentes ⁊ minus ſapide. Maculas in dorſo habent ⁊ ruſas ⁊ nigras.



# Capitulum.xcvij.

t Hynn⁹. Ex li. de na. re. Thynn⁹ eſt mōſtrū marinū caudā hn̄s duoꝝ latitudis cubitoꝝ. In mari fetificat tm̄: ſꝫ ī terra exit ad paſtū. Pli. Thynn⁹ naues ob curioſitatē videndi vela a vēto agitari ꝓſeq̄t: ⁊ eo ſtupore intantū afficit vt etiā tridente in eū iacto terrore nō moueat. Hyberno tpe latet. Surgitib⁹ pingueſcit intantū vt vita lōgiſſima p trienniū ſit. ⁊ habet q̄ſi eandē naturā cū tygris. de qua in ꝑcedenti ca. demōſtraui.

# Operationes

¶ Dyaſ. Thynn⁹ ſalſus ſi plurimū fuerit cōmeſt⁹ mitigat vipe morſus. ¶ Cataplaſma tib⁹ adhibit⁹ medet caninis morſib⁹. ¶ Pli. li. xxxij. Thynni adipe recēti ad oꝝ vlcera ē vſus attal⁹ ¶ Pſilotrū eſt thynni ſanguis. ⁊ fel ⁊ iecur ſiue recētia ſiue ſeruata. ¶ Jecur etiā tritū atꝫ mixtū cedro plūbea pixide aſſeruatū. ¶ Emēdat q̄ȝ palpebras pſiloꝝ inutilib⁹ pilis exemptis ī veſtigia euulſoꝝ inſtillatū.

A B C D E F



# Capitulum.xcviij.

clarus: oleo ſimilis: ſculpitur locuſta marina
ac ſub geminis pedib⁹ eius cornuta: ac ſub
gemma ponitur herba ſeuina modico auro
incluſa. geſtata amorem cõiugiꝫ facit. Aqua
in qua miſſa eſt pota: ad oculorũ vitia valet.
⁊ ad omnem valitudinem.



# Capitulum. xxiiij.

Ezaar. vel lapis liberans a vene-
b nis. arabice hager bezaar. ¶Se-
rapion lib. aggregatoris cap. ha-
ger bezaar eſt nomen perſicum. et
eſt expellens nocumentũ. ⁊ hoc nomen cadit
ſuper duo. Unum eſt quod cadit ſup omnez
medicinam conuenientem alicui veneno: eo
ꝙ reſiſtit virtuti eius ⁊ expellit nocumentuz
eius propter proprietatem que eſt in eo.
¶Raſis. Bezaar eſt lapis citrin⁹ mollis: nõ
habens ſaporem. Unde lapis eſt vergens ad
citrinitatem ⁊ albedinem: habens colorẽ vi-
ni. ⁊ eſt leuis ſplendens ſicut lumen.

## Operationes

¶Serapion. Lapis bezaar cõuenit venis. A
⁊ quãdo bibit ex eo pondus duodecim gra-
norum ordei: aut linimentũ ſit cum eo ſup lo-
cum morſus liberat naturam a morte ⁊ expel-
lit venenum ꝑ ſudorem. ideo peſtilentico va- B
let. ¶Et quando ponitur lapis in annulo: et
ponitur in ore ipſius qui ſumpſit venenum: ⁊

ſugit id aliquantulum conuenit ei.
C ¶ Et qñ tangitur cum illo aculeus ſcorpionis ꝓhibet ab eo poſtmodum potentiã pungendi.
D ¶ Et ſi terit̃ de eo põd⁹ duoꝝ grnoꝝ ordei diſſoluit̃ in aq̃ ꝛ ponit̃ in ore ſerpẽtis ſuffocat eũ ſtatim ꝛ occidit.
E ¶ Idẽ auc. Raſis. Et ego vidi in ipo ſufficientiã ad auferendũ nocumẽtũ. ꝛ erit lapis ille quẽ vidi vergens ad citrinitatẽ ꝛ albedinẽ hñs colorẽ vini. ꝛ cũ hoc erat leuis ſplendens ſic lumen.
F ¶ Et iam vidi in eodẽ ſufficientiam illã quã nõ vidi in alia medicina ſimplici. ymmo etiã qđ nõ vidi in tyriacis compoſitis.
G ¶ Idem Raſis. Vidi lapidẽ bezaar filij amamari cuſtoditoris legis dei. ꝛ eſt veꝝ q̃ ipſe emit hũc lapidẽ: ꝛ dedit ꝓ p̃cio ipi⁹ palatiũ corduþe in p̃ncipio genere.



# Capitulum. xxv.

b Belliculi marini latine. Arabice aſtor. Pãdecta ca. xciii. Belliculi marini ſũt q̃ſi vmblici hoĩs ſm figurã. ꝛ ſunt lapides parui ꝛ albi q̃ inueniunt̃ in ripis marinis coherentes ſic dentales. ſunt frigidi ꝛ ſicci. ſed eoꝝ exceſſus ab autorib⁹ non determinat̃. ponunt̃ in vnguentis ad faciẽ clarificandam.

## Operationes

A ¶ Puluis eoꝝ ſubtiliſſim⁹ reſoluat̃ cũ axungia gallinacea p̃us reſoluta: ꝛ fiat vnguẽtũ ꝓ facie abſtergẽda. ponunt̃ in antidotario Galieni in vnguento citrino. qđ interp̃tatur vnguentũ de citro.

# Capitulum. xxvi.



b Bolus armen⁹. Auicẽn. li. ij. ca. de luto armeno. Lutũ armenũ: ſiue bol⁹ armenũ. eſt rubeũ: declinãs ad citrinitatẽ notũ. frigidũ eſt in p̃mo gdu ſic. ũ in ſcđo. Et eſt q̃dã vena terre q̃ p̃cipue in armenia inuenitur Unde hꝫ virtutẽ ↄſtringẽdi. Eſt aũt eligendum qđ ſubrubeũ eſt ſm om̃es ptes: nõ hñs colores diſtinctos: a liq̃ntulũ fragile. ¶ Sera. Carmamenũ. i. lutũ armenũ. ꝛ eſt in gimbar. color ei⁹ ẽ vltra croceitatẽ ad rubedinẽ tendẽs. ꝛ terit̃ cito ſic terit̃ calx. ꝛ eſt lene ſine lapide. Virt⁹ eius eſt q̃ deſiccat deſiccatione forti.

## Operationes

¶ Auicenna. Lutũ armenũ retinet ſanguinẽ: q̃m exſiccatio ei⁹ eſt in vltimo. A
¶ Et ↄfert apoſtematib⁹ peſtilentialib⁹ bibitũ ꝛ linitũ. ꝛ ꝓhibet ambulotionẽ putredinis mẽbroꝝ. ꝛ mirabile eſt in re vulneꝝ. B
¶ Et prohibet catarrũ. ꝛ ↄfert colericis. C
¶ Et eſt bonũ ſputo ſanguinis ptiſici. ꝓpterea q̃ deſiccat vlcus pulmonis. ꝛ eſt cura ſtricture anhelit⁹ ex catarris. Et eſt bonũ vlcerib⁹ inteſtinoꝝ: ꝛ ſolutioni: ꝛ fluxui ſanguinis matricis. D
¶ Et ↄfert febrib⁹ ethicis ꝛ peſtilentialib⁹ ꝓpe. et plures quidem iam ſanati ſunt ex peſtilentia magna ꝓpter conſuetudinem bibendi ipm cũ vino ſubtili. E
¶ Et ſi bibitur in febre peſtilentie neceſſarium eſt vinum: p̃ducat ipm ad coꝛ. ꝛ miſceat̃ vinum illud cũ aqua roſaꝝ. F

# Capitulum. xxvij.



Orax. Lapis borax ſm Alb. a quodã
b gñe buſonis noiaē: q̄ ſic dr̄. q̄ ipm in
capite portat. Et eſt duoꝝ generꝝ. vnum
albū aliq̄ntulū fuſcū. ⁊ alterꝝ ſi viuo adhuc pal-
pitante buſone extrahiē. in medio hʒ oculū ce-
ruleū: ⁊ tēpibꝰ nr̄is extractꝰ fuit vnꝰ de buſone
paruus viridis. alios etiā vidimꝰ buſones ha-
bentes depictos in ſe q̄ de h̄ genere dicebantur
vulgariter aūt cropodine dicuntur.

## Operationes

A ¶Alb. Sordes purgāē inteſtioꝝ ⁊ ſuperfluitates.
B ¶Arnol. Noſe lapis .i. lapis borax eſt cuius
duo ſunt genera. vnū ſubalbidū: ⁊ aliud variū.
C ¶De buſonis capite trahūē anteq̄ bibat vel
D aquā tangat. ¶Et forte in eis q̄nq̃ apparet for-
ma buſonis cū pedibꝰ ſparſis. Hic lapis valʒ ꝯ
morſus reptiliū: ⁊ ꝯ venenū.



## Capitulum .xxviij.

Allaica. carcedoniꝰ: ⁊ calcophanꝰ
¶Yſi. Callaica eſt gēma colore vi-
c ridis. ⁊ pallēs ac nimis craſſa. ni-
hil iocūdiꝰ decenſq̄ auro. vñ et ap-
pellata. Naſciē in India vel Ger-
mania in rupibꝰ gelidis. oculi modo extuberās
¶Ex li. de na. re. Carcedoniꝰ in ethyopia naſci-
tur. velut ignis lucet. ſʒ pallētis ſpeciem retinet.
Semp itaq̄ʒ detentꝰ pallore. Colorē hʒ mediū
inter iacinctū ⁊ berillū. Qui ſi ꝑtuſus ſit ⁊ col-
lo vel digito feraē: cauſas vincere ꝓhibeē. Hu-
ius ſpecies tres eſſe dicunē.

## Operationes.

¶Arnoldus. Calcophanus eſt gemma nigra A
ſed eris tinnitū reddit ſi lapide fuerit illiſa.
¶Arnol. Calcophanos nigri coloris lapis B
clarificat vocē: ꝓhibet raucedinem.
¶Ex lib. de na. reꝝ. Calcophanus ſonorus ac C
dulcis inſtar eris.
¶Si ferro vel ere ꝑcutiatur vocē q̄ʒ ſonorā ac D
dulcē reddit ſi portaē ab hoie caſto.



## Capitulum .xxix.

Arbunculus. Ex libro de na. re. Car-
c būculꝰ eſt lapis oim ꝓcioſiſſimꝰ atq̄ʒ ca-
riſſimꝰ. ⁊ omniū lapidū ꝓhibeē ſumbo
ꝓditꝰ. Huius color igneꝰ eſt. ⁊ nocte magis
q̄ʒ die lucet. Nam die obſcuraē: nocte ꝯo tantū
refulget vt circa ſe noctē quaſi in diem vertat.
¶Ex lapidario. Ardentes ſuperat gēmas car-
buncul ꝰ oēs. nam velut ignitos radios iacit

vndiq carbo. Huius nec tenebre possunt ex-
tinguere lucem. Quin flammas vibrans ocu-
lis mittat aspicientem.

## Operationes

A ¶Arnoldꝰ. Carbūculꝰ est gēma rubicūdissima in obscuro et in tenebris lucēs vt carbo. Colore et virtutibusq superat oēs gēmas ardentes. Sola enī hʒ oēs que in ipsis sunt virtutes. Sūtq preter illam duodecim species minꝰ ea viles.

B ¶Ysi. Carbūculi genera sūt duodecim: sʒ prestantiores q videntur fulgere ac velut ignē effundere.

C ¶Et dicit Albertꝰ: q est sigillum lapidū. Alij pro eo q carbūculꝰ potest imprimere figurā suā omni alij lapidi: et nō econtra.



## Capitulum. XXX.

C Alx. ysi. Calx viua dr q dū tactu frigida sit occultū ignē intꝰ hʒ. vñ et aq pfusa statim latēs ignis erūpit. natura eiꝰ mira facit. Nam aq accendit q̄bus solet ignis extingui. Usus eiꝰ est structuris fabrice necessariꝰ. Nā lapis lapidi nō pt adherere fortꝰ: nisi calce cōiunctꝰ. et calx q̄dē e lapide albo et duro melior est structurꝰ. Ex molli pro tincturis vtilis.

## Operationes

A ¶Aui. i. ij. cañ. Calx ē cinis corpor lapidosor. Illa q̄dē quā aq nō tetigit: et illa quā aq tetigit cū remanet extincta duobꝰ diebꝰ aut tribꝰ tūc nō
B adurit: sʒ tm̄ calefacit. ¶Et abluta q̄dē dicta est
C et exsiccatiua sine mordicatōe. ¶Calx pro bibi-
D ta cū oleis fit maturatiua. ¶Calx fluxū sangui-
nis abscindit. carnē additā corrodit. et abluta
E ɔsolidat. ignis adustioni ɔfert. ¶Cōstantinꝰ.
Calx est ca. et sic. in. iiij. gdu. Quē mixta sero et oleo pustulas et apostemata putrida habentes iuuat. vlceraq et incisionem solidat.

¶Rasi in Alman. Calx ca. est. adurit: et carnē F
suꝑfluā corrodit. fluxū sanguis cōstringit. q cū
lauat adustioni ignis ɔfert.



## Capitulum. XXXI.

C Aristeū et Numidicꝰ. ysi. Caristeū viride optimū: qd nomē ab aspectu hñs: eo q gratū sit his q gēmas sculpūt. Eiꝰ enī viriditas reficit oculos. ¶Idē. Numidicū marmor numidia mittit. qd autem colore croceū dimittit croco simile: vñ et nomē accepit. nō crusta: sʒ in massa et liminū vsui aptū. Tessria a calore cineris appellat. cuꝰ alligatio ɔ serpētes laudat.





Biblioteca Pública de Braga

## Capitulum.xxxij.

c Aleſarios z corantias vel corauium. Alb. Lapis caleſarios ſiue calcoſanos et eſt niger.

### Operationes.

A ¶Virtus eius eſt vocẽ clarificare z raucedinem
B mederi. ¶Idem Alb. Lapis corantias eſt lapis criſtallo ſilis. infecto colore ceruleo. q̃ dr̃ cadere aliq̃n d̃ nube cũ tonitruo. z inuenit̃ i grecia z hyſpania. ſ; hyſpanus eſt candens vt ignis.
C ¶Prouocat dulces ſomnos. z ad prelia z cauſas vincẽdas. z ꝯ periculũ tonitrui dr̃ operari. Hoc ſimiliter ait Enax.



## Capitulũ.xxxiij.

c Elidonius. Opaſ. Celidonius inuenit̃ i ventrib; hyrundinũ. Cuius genera ſunt duo. niger z ruffus. q̃ colligũt̃ ca pitis pullis hyrũdinũ: z ſciſſis eoꝝ ventrib; inuenit̃.

### Operationes

A ¶Alb. Ruffus inuoluitur panno lineo vel corio vitulino z ſub ſiniſtra aſcella geſtatur: dr̃ valere ꝯ inſaniã z antiq̃s languores: z lunaticã paſſionem z epilẽtiã: eodem modo portatur.
B ¶Enax autẽ dicit q̃ facundũ gratũ z placentem reddit geſtantẽ ſe. Niger aũt vt Joſeph dicit ꝯ nociuos humores z febres z iras opaẽ. Et lotus aq̃
C ſanat oculos. ¶Sũt aũt hij lapides parui valde. Et tales iam vidimus p̃ ſocios nr̃os d̃ ſtomacho hyrundinũ extractos de menſe Auguſto. tunc enĩ extracti magis valere dicunt̃. vt frequenter aũt duo ſimul in vna hyrũdine inueniuntur
¶Opaſ. Ruffus enĩ ſanat lunaticos z langui- D
dos z inſanos in pãno mũdo ligatus. z i ſiniſtro brachio egroti circũligatus. p̃terea facit gratiſſimos portãtes ſe facũdos z amabiles z idoneos.
¶Niger geſtatus illis optimũ finem imponit. ad E
omnes iras regũ z dominoꝝ idoneus eſt.
¶Nã q̃ eũ habuerit oib; placebit z ad arbitriũ F
ſuũ cũcta p̃ducet. ¶Sed qui dolent oculi terit̃ G
cum aqua z inunguntur z ſanabuntur.
¶Sz cũ tollũt̃ lapides cauendũ ne pls aut mĩ H
ꝯpeſit: q̃ melioꝛẽ effectũ habebunt.



## Capitulum.xxxiiij.

c Elonites z cymedia. yſi. Celonites ẽ lapis purpurei varijq; coloris. Hunc teſtudo mittit z diuinatoꝛẽ illum facit Qui hũc ſub lingua geſtauerit: nã hec virtus ipſi tatũmodo tũc ineſt: cũ luna p̃mo accenſa creſcens eſt. ¶Menoytes in vltimo deſcendente ſic vult Aaron de virtutib; lapidum. Nec hic lapis ab igne corrumpitur.

### Operationes.

¶Celonites eſt indice teſtudinis oculus varius A
z purpureus. h magi impoſito lingue finguntur futura p̃nũciare. ¶Ex lapidario.
Indica teſtudo lapidem mittit celonitem B
Gratum purpureo varioq; coloꝛe nitentẽ
Quem ſub lingua loti ſi quiſq; geſſerit oꝛe.
Noſſe magi credũt hunc diuinare futura
Oꝛto mane die ſextam dũtaxat ad horam.
Tempꝫ quo lune ſuccreſcere cernit̃ orbis

Sed luna prima lapidis predicti poteſtas.
Totius fertur ſpacio durare diei.
Quinte poſt decimam ↄcordant tpe lune.
At detrimenti maris in tempore toto.
Ante diem ūm lapidi manet illa poteſtas.
Eſt etiam nulli lapis hic obnoxius igni.

C ¶Idem yſido. Cymedia eſt gemma q̄ inuenit in cerebro piſcis eius nominis. candida ꝛ elonga. his pſagire dicunt magi ſigna tranquillitatis ꝛ tempeſtatis.



# Capitulum. xxxv.

c Eruſa. Platearius. Ceruſa flos plūbi eſt ꝛ eſt frigida ꝛ ſicca in ſcdo gdu. Hanc q̄ faciunt ſepius incurrūt apoplexiā: epilentiā: paraliſim: arteticam: ꝓpter frigiditatē aceti diſſoluentem ꝛ mortificantem.

## Operationes

A ¶Habet aūt ceruſa ꝟtutē mūdificandi vel extergendi ſupfluitates. vn̄ q̄dā mulieres abluta facie puluerē ceruſe tenuiſſime ſupadducunt.

B ¶Alie ꝟo: q̄ ceruſa aliq̄ntulū ſicca eſt. ↄficiunt eā in aqua roſar ꝛ exponūt ſoli: more i eſtate qua ↄſumpta aliā apponūt. ꝛ h̄ faciūt donec fit albiſſima. ꝛ aliq̄ntulum aromatica. poſtea formant in pillulas ꝛ faciei apponunt.

C ¶Nota q̄ lōgo tpe viuūt ad hibitiōe ceruſe dolorē dentiū incurrūt: ꝛ putredinē oris q̄ fetorem.

D ¶Auicen̄. in. ij. can̄. Ceruſa eſt cinis plumbi: ponit in emplaſtris ꝛ vlcera replet ac generat in eis carnem: ꝛ corrodit carnem malam.

E ¶Cōfert bothor oculi. Lenificat apoſtemata frigida ꝛ dura. Fit aūt ceruſa q̄n̄ q̄ aceto: q̄n̄ q̄ cū ſalib᷒. ꝛ ē frigida ꝛ ſicca in ſcdo gradu.

F ¶Que aūt cū aceto fit vehemētior ē ſubtiliatōis

G ¶Eſt etiā ex medicinis q̄ ↄueniūt ani fiſſuris eſt itē ex venenis.



# Capitulum. xxxvi.

c Riſolectrus ꝛ criſocolla. yſid. Criſolectrus eſt lapis auro ſilis: ſʒ in colorē electri vergens. matutino ūm aſpectu iocūdius: igniū rapaciſſim᷒. ꝛ ſi iuxta fuerit celerrime ardeſcens. ¶Ariſto. Criſolectrus ignē trahit. ꝛ ex eius natura eſt q̄ ab igne cito cōburitur. ¶Arnol. Criſolectrus gēma eſt aurei coloris. ab igne cito inflāmabilis. viſu pulcherrimus eſt in horis matutinis. in alijs ꝟo pom̄ia diſſimilis

## Operationes

¶Pli. Criſolectꝛ collo alligatū medet febrib᷒. A
Tritū ꝟo cū melle atq̄ roſaceo auriū vitijs B
¶Et ſi cū melle attico ↄterat oculoꝝ etiā obſcuritati: ſtomachiq̄ vitijs medet. vel p ſe farina eius ſumpta. vel cū maſtice et aqua pota.
¶Ex lapidario. Eſſe criſolectrus ſilis deſcribitur auro. Cui᷒ ad electrū color inclinare videtur. Hic matutinis viſu iocūdior horis. C
¶Cuius materie rapidiſſima dicitur ignis. D
Nam cito vicino correptus flagrat ab igne.
¶yſidorus. Criſocolla eſt gemma que gignit in India: vbi formice aurū eruunt. E
¶Eſt aūt auro ſilis: habet naturā magnetis: niſi q̄ aurū augere tradit. vnde ꝛ nuncupat. F

# Capitulum. xxxvij.



c Riſopaſſus ⁊ criſopaſſios. Alb. Criſo
paſſus ē lapis q̄ ab india vēit: ⁊ raro in/
uenit̄. ꝓpter qđ ⁊ carior extimat̄. I colore
etiā eſt q̄ſi ſit ex ſucco porri vel pſſij coagulato.
hñs etiā auri guttas, ꝓpter qđ ⁊ tale nomē acce
pit. ꝙ criſo aurꝫ ſonat i greco pſſiū. i. viride vi
riditate porri. Uñ Ꝟ. Marubij folia ſunt pſſia
praſſa ꝗꝫ porri. Idem. Criſopaſſios ē gēma ab
ethiopia veniēs.

### Operationes.

A ¶ Alb. Criſopſſos vires hꝫ lapidis praſſij, etiā
B ad oēs cordis paſſiones efficax reꝑit̄. ¶ Idem.
Criſopſſios ḋꝫ lucere in tenebris: ⁊ euaneſcere
luce ſuperueniēte: ita ꝙ colorē nō retinet quē hꝫ i
C obſcuro. ¶ Et fit in ipo ꝺm diuerſitatē luminis et
tenebrarꝫ reciprocatio colorꝫ velut i quercu pu
D trefacta ⁊ noctiluca. ¶ Et de omībꝫ his in li. de
aīalibꝫ dedimꝰ rationē ſpēcialē: ⁊ vide.



## Capitulum. xxxviij

c Riſolitꝰ ⁊ criſolanſios. Dyaſ. Criſolitꝰ
lapis lucidiſſimꝰ eſt: ⁊ ſilis auro. Albꝰ.
Lapis criſolitꝰ eſt in colore hñs tenuē
viriditatē lucidā in q̄ ad oculum ſolis micat vt
ſtella aurea. ⁊ nō eſt rarus. ¶ Yſi. Criſolanſios
eſt gēma ex auro ⁊ igne vocata. die ſiq̄dē eſt au/
rea: ⁊ noctu ignea. Hanc gignit ethyopia

### Operationes.

¶ Alb. Dicit̄ ꝙ criſolitꝰ ſpūalia cōfortat, ꝓpter A
qđ tritꝰ aſmaticis dat̄. Fert̄ etiā ꝙ pſoratus et
ſetis aſini in foramine repletꝰ ac ſiniſtro bra/
chio alligatꝰ fugat tumores melācolicos peſſi/
mos. ⁊ h̄ ḋꝫ in phiſicis ligaturis. ¶ In auro B
etiā poſitꝰ ⁊ geſtatꝰ fugat fantaſmata. ¶ Et di C
cūt q̄dā ipm ſtulticiā pellere: ⁊ ſapiāꝫ adducere.
¶ Dyaſ. Hic applicatꝰ (vicꝫ criſolitꝰ) raſure au D
ri filateriū eſt ⁊ tutamē aduerſus nocturnos ti
mores. Pertuſus ⁊ traiectꝰ cū ſetis aſini ⁊ i bra
chio ſiniſtro ligatꝰ oīa demonia vincit.



## Capitulum. xxxix.

c Riſtallus. Alb. Lapis criſtallꝰ q̄ aliq̄n
ſit ex frigore: aliq̄n autē ex niue. ſic ſepe
experti ſuimꝰ. ⁊ in germania vbi multi
inueniunt̄. Utercꝫ āt modus generatiōis faci
lis ex ſuperioribꝫ erat manifeſtus.

### Operationes.

¶ Hic lapis frigidꝰ oculo ſolis oppoſitꝰ ignem A

eijcit. ſi calidus ſit h̄ ꝑficere nō poteſt. Huiꝰ ra-
tio poſita eſt in libro de ꝓprietatibꝰ elementarū
B ꝛ planetaꝝ. ¶ Et dr̄ etiam ſuũ reſtringere ſub
lingua poſiꝰ ꝛ expertū eſt ꝙ triꝰ cū melle mix-
tus acceptus a mulieribꝰ repleat vbera lacte
C ¶ Ex li. de na. reꝝ. Criſtallus lapis eſt ex gla-
D cie induratus. ¶ Solinus tn̄ in aliq̄bꝰ mundi
partibꝰ hūc inueniri dicit vbi nūq̄ʒ gelu vel gla
E cies fuit. ¶ Dyaſ. Criſtallus vires habet ſtipti
cas: dederūt hunc ad generandū lac.



# Capitulum. xl.

c Innabar. Pandecta. ca. clxiij. Cinna
bar latine. Grece ſercog. Arabice aſreg
vel zemziſar. Cinnabar. i. cinnabaꝝ. Et fit ex
ſulphure ꝛ argēto viuo. ꝛ eſt rubei coloꝛ. Se-
rapion li. ag. c. aſreg ſiue aſrengi. i. cinnabarū.
fit ex plūbo qn̄ ponit̄ in igne: ꝛ inflāmat̄. et fit
rubeū. Silr̄ fit ex ceruſa cōbuſta in hūc modū
accipit̄ ꝛ ponit̄ in ꝯcauo vaſe mūdo ꝛ ponit̄ ſup
ignem. ꝛ mouet̄ donec rubeſcat. ꝛ fit velut auri
pigmentū rubeū. Et q̄dam noīant h̄ ſandix.

## Operationes

A ¶ Gal. Qn̄ cōburit̄ plūbū vel ceruſa mutat̄: et
fit aſrengi. ꝛ ē res ſubtilioꝛ co:ꝫ n̄ ita ſedatiua.
B ¶ Idē auc. Lachindi. Et accidit libenti aſreg
ſic̄ illi q̄ bibit litargiū. om̄es iſti ſūt ſpēs cinna-
C bari. ¶ Dyaſco. Virtus eſt illi ſilis lapidi ema
thitis. deniq̄ʒ ꝯſtringit vehemēter. ꝛ ideo ſangui
nis fluorē abſtinet. cōbuſtiōibꝰ ꝛ puſtulis opi-
tulat̄. cerotis addit̄. vtiliter etiā ꝯfectōibꝰ col-
lirioꝝ miſcetur.



# Capitulum. xli.

c Inis. Actor. Cinis ex ꝑdictis corpibꝰ
vſtis relinq̄t̄. ꝛ eſt ſubſtātia terrena q̄dē
arida ꝛ cōpacta. in quā corpꝰ ſolidū ꝑ ignē reſo-
lutū humoꝛe ꝯſumpto redigit̄. Unde ex grādi
corpe ꝓpter ꝯſumptionē materie modicus cinis
efficit̄. deſpecti coloꝛis eſt.

## Operationes

¶ Et quia partes habet minutiſſimas: leui fla A
mi agitabilis eſt. ad multa tamen perutilis
¶ Cinere nāq̄ʒ ꝑmo q̄dē ignis ipē regit̄ vt con B
ſeruet̄. ¶ Cinere pelles depilāt̄: ꝛ q̄dāmodo in- C
nouant̄. ¶ Cinis etiā ꝑ alumine ponit̄ in tinc- D
turis pannoꝝ. In eccleſia dedicāda alphabe-
tum i cinere ſcribit̄. In capite ieiunij cinis ad
memoriā moꝛtalitatꝭ nr̄e i capitibꝰ nr̄is ponit̄.
¶ Ex aq̄ cineri admixta fit lixiuiū q̄ capita ab- E
luunt̄. ¶ Cinis ſupra ſanguiſugā piectꝰ ſangui F
nem quē ſugerat euomere facit. In medicinis
quoq̄ʒ tam cinis q̄ʒ lixiuium proficit.
¶ Auicen. in. ij. can. Cinis om̄is naturam hʒ G
abſterſiuā: exſiccatiuam. diuerſificatur tamen
ꝛ ablutio minuit eiꝰ abſterſionē: ꝛ acquirit ei
glutinationē ꝛ exſiccationē ſine moꝛdicatōe
¶ Aqua ꝓo cineris ingredit̄ in medicinis putre H
facientibꝰ ꝛ eaꝝ foꝛtioꝛes ſunt.
¶ Aqua cineris ficus ꝛ lacticinij: plus em̄ ab- I
ſtergit ꝛ ſiccat q̄ʒ cetere.
¶ Cinis autem lignoꝝ ſtipticoꝝ vt quercus K
et reliquoꝝ retinet ſanguinem.
¶ Dyaſ. Lixiuiū eſt cinere quercus ad vſum L
medicine efficaciſſimū eſt. ꝛ hominibꝰ ꝛ pecori
bus q̄ denſiōe pulmonis vexant̄. ꝛ q̄bꝰ aliqua
res venenata obſiſtit. Bibita nāq̄ʒ ſtatim ſalu
tem affert.

M ¶ Utilis etiã eſt in vulneribꝫ humecti ꝫ: ꝛ ĩ fiſtu-
A lis. ꝛ ad vulnera difficilia ad ſanandũ ꝛ calloſa
lõgi tp̃is ſordida. ¶ Quotidie ĝ lauãde ſunt. et
ſic apto medicamine ſanãda: qꝛ ſꝫ⁹ licium non
ſanat: ſꝫ ad ſanitatẽ vulnera diſponit.



# Capitulum. xlii.

¶ Orallus. Ex li. de na. rez. Corallus eſt
lapis rube⁹ valde. figurã hñs vt cornu
cerui. vel vt herbe radix cũ multis radicibꝫ. Nec
mirũ qm̃ herba fuit ĩ mari p̃mũ. Hic fulmini
bus ꝛ tẽpeſtatibꝫ reſiſtit. Unde antiq̃ lapidez
hmõi ꝯfractũ cũ ſeminibꝫ in agro iacebãt: aut
in arboribꝫ ſuſpendebant: vt grandinũ p̃icula
nõ ſentirẽt. Demonibꝫ q̃ꝫ terribilis eſt. ꝛ h̃ forte
qꝛ freq̃nter ramoꝝ ei⁹ extẽſio modũ crucis hꝫ.

## Operationes.

A ¶ Auicẽn. in. ii. can. Corallus eſt frigid⁹ in pri
mo gradu. ſiccus in ſecũdo. Stiptic⁹ eſt ꝛ ve-
hemẽter ꝓhibet fluxum ſanguinis.
B ¶ Carnẽ additã abſcidit. ꝯfortat oculũ abſtra
hendo ꝛ exſiccando humiditates fixas in eo.
C ¶ Et eſt p̃cipue qꝺ aduſtũ ẽ ꝛ ablutũ ꝯuenit
lachꝛymis. Ueſtigia q̃ꝫ vlceꝝ abſtergit. cõfert
apoſtematibꝫ inteſtinoꝝ ꝛ ſplenis. retinet ſpu-
tũ ſanguis. Naſcit̃ in maribꝫ q̃ ſũt in affrica. ꝛ
ali⁹ quidẽ rube⁹ eſt: ali⁹ niger: alius albus.

¶ Dolorẽ ſtomachi remouet ac ꝓhibet ſup os D
ei⁹ directe ſuſpenſus. ¶ Et ideo collis puerorũ E
appendit̃. Dicitur aũt qꝛ ſi terat̃ ꝛ impleant̃ ex
eo ꝯcauitates infirmoꝝ dentiũ eradicat eos. et
eſt ſummus in ꝯfortatione gingiuarum.
¶ Cõfert etiã ſputo ſanguis ꝛ ei⁹ fluxui: ꝓpꝛie F
ẽ rubeus: ꝛ oĩbꝫ egritudinibꝫ ſtomachi.
¶ Arnol. Corall⁹ a mari trahit̃ ſic ramuſcul⁹. G
ꝛ valet ꝯ quẽlibet fluxũ ſanguis ꝛ epilentiã.
¶ Et contra vana mõſtra collo ſuſpenſus. H
¶ Et valet etiã ꝯtra tẽpeſtates ꝛ grãdines agris I
aſperſus multiplicat fruct⁹.



# Capitulum. xliii.

¶ Orneolus. Ex li. de na. re. Corneol⁹. vel
ſm̃ q̃ſdã cornelus eſt lapis rubeus p̃luci
dus ſꝫ obſcuri coloꝛis incisi carnẽ ſilis. Hoꝝ la-
pidũ multitudinez filij iſrl̃ in deſerto ſculpſiſſe
dicunt̃. q̃ꝝ ſculptura tam ſubtilis acuminis cõ
ꝓbat̃: vt null⁹ poſterioꝝ hmõi opis imitationez
audeat attẽptare: nec dubiũ qꝛ ſm̃ efficacias ꝛ
v̄tutes gẽmaꝝ ſculpebãt ymagines figurarũ.
¶ Alb. in lapidario ſuo. Corneol⁹: quẽ quidaz
corneliũ vocãt. lapis eſt coloris carnei. hoc ẽ ru
bei obſcuri ſic carnis lotura. Hic apud rhenũ
fluuiũ inuenit̃ freq̃ntiſſime. ꝛ eſt valde rube⁹.
coloꝛem habens fere ſicut miniũ. ꝛ qñ politur
multum nitet.

## Operationes.

¶ Exptũ eſt qꝛ ſtringit ſanguinẽ. ꝛ p̃cipue mẽ A
ſtruoꝝ ꝛ emorroidaꝝ. facit etiã iratos mingere.
¶ Sera. Uirt⁹ iſti⁹ lapidis eſt qꝛ qñ defert̃ in B
anulo reprimit iracũdiã ꝛ cauſã litis ante iudicẽ.

C ¶Et reſtrīgit fluxū ſanguinis: vndecunqȝ exeat propterea ſanguinis menſtrui.

D ¶Et qñ fit ex eo dentifrigiū abſtergit ſordes dentiū ⁊ dealbat eos: ⁊ facit eos pulchros.



## Capitulum.lxiiij.

Ochiliū. Pādecta. ca. cccc.xxxi. Lapis

c cōchilij. Hoc vocabulū ponit̄ in quodā electuario Auicēne. qđ eſt ꝯ viciū lapidis. ⁊ q̄dā dicūt ꝙ eſt coclea marina: q̄ đr conchiliū. ⁊ q̄dā dicūt ꝙ eſt coclea climaciarū. In veritatē lapis eſt coclea porphire marine. ⁊ eſt conchiliū marinū purpureū.



## Capitulum.lxv.

c Os grece. Arabice hager almaſeni: ſiue amenſen. Latine lapis q̄ acuit̄ ferrum vel olearia. Sera. li. ag. cap. Hager almaſeni eſt lapis quo acuit̄ ferrum.

## Operationes

¶Fricatio almaſeni q̄ accipit̄ ex lapide q̄ dicit̄ yſachſen: ꝓhibet augmētari mānillas puellaꝝ ꝗ̄ñ tp̄e: ⁊ teſticulos pueroꝝ. ⁊ eſt ꝗ virtus eius infrigidat. A

¶Et idem auc. Dyaſ. Qñ acuitur ſup ipm ferrū aliqđ ⁊ linitur ꝙ aggregat̄ ſuper alopiciam: facit in ea naſci pilos. B

¶Et liniunt̄ cum eo mānille puellaꝝ ⁊ teſticuli pueroꝝ: ⁊ ꝓhibet eos augeri. C

¶Et ꝯuenit apoſtematibꝰ eoꝝ amboꝝ. ⁊ qñ ſumit̄ in potu cum aceto ꝯuenit dolori ſplenis ⁊ epilentie. ⁊ fricatio eiꝰ ꝯuenit alopicie. D

¶Ubi ſciendū ꝙ iſte lapis vocat̄ ſimiliter cos ocularia. ꝗ in ea fricant̄ ſyeff. oculoꝝ. Ul' cos olearia: quia acuunt̄ in ea inſtrumenta ferrea. aſpergitur ſup ipſa oleum. E



## Capitulum.xlvi.

Uprum. Ex li. de na. reꝝ. Cuprū ſiue

c es: eſt eiuſdem duriciei cū argento: et eiuſdem liquationis. Hoc excepto ꝙ eſt rubei coloris. Es nulla rubigine corrūpit̄. fetorem hꝫ ⁊ tñ dulce ſonat. ¶Phus. Es ſiue cuprū ſonoꝝ eſt ⁊ vocale. natura calidū. ſonus eius ꝑ ſe rudis eſt. admixtū ꝯo ſtanno vel argento vel auro validū eſt valde: dulceqȝ tinnitum habet. Tinnit autem ceteris metallis: ſꝫ vexat auditum: niſi ſtanno cōmodius temperetur.

Et fuſile q̄dem eſt: ⁊ in om̄e artificiū ductile. ſʒ cū labore ⁊ moderamine verberantis nūq̄ꝫ ꝓo ſic purgari poteſt q̄n facile ꝯtrahat corrupelā Durat tn̄ in annos plurimos.

# Operationes.

A ¶Cyſi. Es āt a ſplēdore eris d̄r: ſic ⁊ aurū et ar-
gentū. Apud antiquos ꝓo? eris viſus q̄ꝫ ferri
B cognit⁹ eſt. ¶Ere q̄ppe pmi pſcindebāt terrā ⁊
certamia belli gerebāt. eratq̄ꝫ in p̄cio es mag⁹.
C ¶Aurū ꝓo ⁊ argentū ꝓpter inutilitatē reijcie-
bant. Nūc aūt viceuerſa iacet es ⁊ auꝝ ſummo
D ceſſit honore. ¶Inter om̄ia ꝓo metalla es vo-
caliſſimū eſt ⁊ maxime poteſtaria. Ex eo ⁊ enea lamina fiunt.



# Capitulū. xlvij.

D Raconites. Alb. Draconites eſt lapis a capite draconis extract⁹. ⁊ fert ab oriēte vbi ſunt dracones magni. Virt⁹ ei efficax ſic lapidis q̄ vocat̄ borax. q̄n de dracone extrahit̄ adhuc viuo palpitante. Inſidiant̄ aūt draconib⁹ dormientibus Et ſubito ſciſſo corp̄e draconis adhuc palpitante euellunt lapidem.

# Operationes.

A ¶Alb. in mirabilib⁹ dic̄ q̄ draconites deuincū-
tur inimici: ꝫ venena valet ſi de viuo extrahat̄ ⁊ dꝫ ferri in ſiniſtro brachio. Amne cū̄ actib⁹ multa ꝯfert. His etiā ſupfluitatib⁹ q̄ generat̄ i aīalib⁹ ⁊ morꝫ corruptio. Alterat ea q̄n natali morte corrupi ſolūt̄ ob mortē. ⁊ q̄n mortua vl' corrupta occiſa iacuerunt.

¶Ego āt i ptib⁹ almanie in Sueuia vidi lapidē B
ſup quē ꝯuenerāt pl⁹ q̄ꝫ .x. ſerpētes inter montes in q̄dā prato. ⁊ cū trāſitū facerēt: inde dn̄s terre milites euaginatis gladijs ſciderūt ſpētes in multa fruſta. ⁊ in fundo tn̄ q̄dā magn⁹ iacuit ſerpēs in multas ptes inciſus: ⁊ ſub capite ſerpētis inuēt⁹ eſt lapis niger format⁹ vt piramis abſciſſa nō plucidus in circuitu coloris pallidi pulcerrimū habens deſcptū ſerpentē. Et hunc lapidē ab vxore eiuſdem nobilis mihi p̄ſentatum cū capite eiuſdem ſerpentis.

¶Itē d̄r venena fugere q̄ fiūt a morſib⁹ aīaliū C
venenatoꝝ. Victores d̄r etiā efficere.



# Capitulum. xlviij.

D Emonis. dyadochos. ⁊ droſelit⁹. Albert⁹. Deimonis eſt q̄dam lapis bicolor vt arc⁹ demonis q̄ iris vocat̄. Eſt aūt deimon dict⁹ q̄ grece intellectū vel ſtellam clarā ſtillantē ſonat. Idē. Dyodochos eſt lapis pallid⁹: d̄r aliq̄ntulū berillo ſimilis.

# Operationes.

¶Albertus. Lapis deimonis dicitur cōferre A
febricitantibus: venenoſa pellere: et tutum et victorem reddere.

¶Dyadochos d̄r fantaſmata intantū excita- B
re q̄ magi maxime h̄ vtunt̄. tn̄ applicat⁹ defuncto: vires amittit. q̄ mortē odire phibet. Hoꝝ aūt rō haberi poteſt in libris magoꝝ. h̄ eſt hermetis. tebit. bencorath. ⁊ ptolomei. de q̄b⁹ non p̄ſentis intentionis.

¶Arnoldus. Droſelitus eſt lapis varius. cui⁹ C
nominis cauſa extitit. quia ſi ad ignem applicetur velut ſudorem emittit.



## Capitulum. xlix.

d yacodos. dyamātic⁹. ꝛ dyoniſia. Arnol.
Dyacodos ē lapis pallid⁹ berillo ſilis.

### Operationes.

A ¶ Ex li. de na. re. Dyacodos ē lapis q̄ aq̄s in
iect⁹ varias effigies demonū efficit: ita vt det re
B ſpōſa petentib⁹. ¶ In eodē li. Dyamātic⁹ eſt la
pis q̄ in q̄cūq̃ metallo geſtet': ferreū m̄ ſibi ſedē
C ꝓpinquā elegit. ¶ Yſi. Dyoniſia ē lapis niger
mixt⁹ rubētib⁹ notis. Hec ex aq̄ trita vinū fra
grat: et odore ſuo putatur ebrietati reſiſtere.
D ¶ Plin⁹. Dyoniſia lapis eſt orientꝫ fuſci colorꝭ:
niueis reſperſis guttis. in aq̄ trit⁹ vinū fragrat
ꝛ m̄ ebrietas ꝯ naturā odore ſuo fugari ſolet.



## Capitulum. l.

e Xacontalitus. ermiſtion. ꝛ ethices
¶ Yſid. Exacontalitus lapis eſt in
parua magnitudine. multi color
eſt: vnde ꝛ nominat⁹ eſt. Tam diuerſis enim
notis aſperſus eſt: vt ſexaginta gemmarum co
lores in paruo eius orbiculo deprehendant.

### Operationes

¶ Arnoldus. Exacontalitus eſt lapis valde A
paruus ex coloribꝫ ſexaginta diſtinctus. Hic
hominis oculos efficit tremuloſos.

¶ Ex Lapidario. B

Exacontalitus lapis ex re nomen adeptus.
Corporis exigui miro diſpendio ſupplet.
Dum tot gēmaꝝ ſumit gēmula ſola decorem.
¶ Yſidorus. Ermiſtcon gemma inter grātiſſi C
mas aſpicitur et ex igneo colore radians au
ro. portans ſecum in extremitatibus candidaꝫ
lucem.
¶ Ex libro de naturis rerum. Ethites eſt la D
pis punicei coloris. habens lapillum interi
us: ex quo fit ſonorus. Hic ab aquila de ex
tremis orbis partibus in nidum portatur. na
turaliter enim hunc eſſe cauſam q̄ oua aqui
le immoderato calore concaleſcunt: niſi lapis
naturaliter frigidus preſens ſit. hic pueros in
columes ſeruat.
¶ Efficaciſſime pregnantes iuuat. ne aborſus E
faciant. vel in partu grauiter laborent: in le
uo lacerto portari vult. ſobrietatem confert et
gratiam: facitq̃ victorem. De iſto lapide, ſupe
rius etiam dictum eſt.



## Capitulum.lj.

e Marbites.yſi. Emarbites lapis eſt dictus: q꞉ rubore ſanguineꝰ. Emach ꝗppe ſanguis eſt. Signiſ aũt in ei biopia: ſʒ p̄ncipaliꝰ in arabia ⁊ affrica inueniſ.

## Operationes.

A ¶Emarbites dr̄: q꞉ emach ſãguis ⁊ hībel ſiſtẽs habet eñ virtutẽ ſtringẽdi fluxum ſanguinis.

B ¶Ex li. de na. re. Emarbites eſt lapis ferruginei coloris. mixtꝰ venis ſanguineis. h̄ miſſus in aquã bullientẽ eam reddit tepidam. Si ꝗs eum deferat ſolis ardorem nõ timebit.

C ¶Item ſoli expoſitꝰ a ſeſcintillas emittit. fructus a locuſtis ⁊ grandine ſeruat.

D ¶Idem. Confractus ⁊ in aqua reſolutus ſanat eos ꝗ ſaliuas ſanguineas emittunt.

E ¶Sanat etiã ventris fluxũ. puluis eiꝰ carnes mortuas creſcentes in vulnere corrodit ⁊ tollit. Uino quoqꝫ ꝑmixtus vlcera ſanat. Bibitusqꝫ lapidem veſice frangit.

F ¶Ex lapidario. Sumpſit emarbites grecum de ſanguie nomen. Nature lapis humane ſeruire creatꝰ. Stiptica cui virtus ꝑ multa ꝓbatur ineſſe.



## Capitulum.lij.

e Xacolitꝰ ⁊ exebenos. Alb. Exacolitꝰ eſt lapis variꝰ: diſſolutiuꝰ: vt dicunt periti medicoꝝ. Dyaſ. Exebenos lapis eſt albꝰ ⁊ ſpecioſus ꝗ ſolẽt aurifices aurũ limpidare.

## Operationes.

A ¶Alb. Exacolitꝰ vino ꝑmixtꝰ et potatus valet
B ꝯ colicã ⁊ yliacã paſſionẽ. ¶Dyaſ. Exebenos curat ſtomaticos potatꝰ cũ paſſo ⁊ aq̃. ſimiliter amẽtes ſanat potatꝰ.
C ¶Ad venereas voluptates mirifice bibitꝰ. q꞉ nõ patiſ diu eos fatigari.
D ¶Soluit etiaꝫ veſicã ⁊ dolentẽ. Nã portatus partũ ſine egritudine ꝯſeruat: ⁊ velocitatẽ parturiẽtis facit circũligatus femori.



## Capitulum.liij.

e Nidros. efeſtꝫ ⁊ egypcilla. yſi. Enidros lapis ẽ ab aq̃ vocatꝰ. exundat eñ aquaꝫ ita vt clauſaꝫ putes in eo fontaneã ſcaturigieꝫ ¶Arnol. Enidros eſt lapis diſtillãs ꝑpetuis guttis nec liqueſcit omnino: nec efficiſ minor. Ex li. de na. re. Enidros lapis criſtallo ſimilis miro mõ ꝑpetuis lacrimis diſtillat. ⁊ tñ durus ⁊ integer in oĩbꝫ ꝑſeuerat.

## Operationes.

A ¶Ex lapidario. Diuꝰ nature graue eſt dep̄hẽdere cauſam. Nam ſi decurrit lapidis ſubſtantia quare nõ minor efficitur aut non oĩno liqueſcit. Si res exterior deſcẽdit ad inferiora. vt ſemp reſtuat. cur ſe non impedit ip̄m. ſcʒ ingrediens contrarius egredienti.

B ¶Yſi. Efeſtis lapis eſt ſpeculi naturã habens in reddendis ymaginibꝫ quãqꝫ rutilet.

C ¶Experimentũ eius eſt: ſi ferventi aque addita ſtatim refrigeret. Aut ſi ſoli oppoſita materiã aridam accedant: naſciſ in eboꝛ nibo.

D ¶Idem egypcilla gemma eſt radice nigra. facie vero cerulea. ex egypto vbi reperitur ſic appellata.





## Capitulum.liiij.

c Litropia. Iſi. Elitropia eſt gēma coloꝝ
viridis ac nubilis ſtellis puniceis ſup
ſparſa cū ſanguineis venis. cā ꝓ noīe eſt de eſ
fectu ipi⁹ lapidis. Nam in labris eneis delecta
radios ſolis mutat. ſanguineo repuſſo. extra
aquā autē ſpeculi mō ſolē excipiat. deꝓhēditq̄ꝫ
defectus ei⁹ ſubeuntē lunā oſtendens. Signiſ
in egypto ⁊ affrica. ſꝫ melioꝛ in ethiopia. Ma
gi hanc admixta herba elitropia: quibuſdā ad
ditis ꝑcantatōibꝫ gerentē ꝯſpici negant.

## Operationes.

A ¶Ari. Lapis elitropia ſi ponat̃ ſup aquā cu a
B portabit eā. ¶Ex li. ō na re. Lapis elitropi⁹ in
vaſe aq̄ pleno ſolis radijs ſubiect⁹ ſanguineū
ſolē reddit. ac ſi pateret eclipſim. nec i cra vas
ipm in q̄ iacet ebulire videt̃. Et aquā velut ym
bres ſpergere. Hoc facto videntes arepticij (ſi
parētes ſint) extra ſe rapiūt̃ ⁊ futura ꝑdicunt.
C ¶Hic lapis geſtantem in lōga vite tpa ꝑducit.
ſanguinē ſtringit. venena fugat. ⁊ cōtra dolos
D tutum facit. ¶Ex lapidario.
Ex re nomen habens eſt elitropia gemma.
Que ſolis radijs in aqua ſubiecta patillo
Sanguineum reddit mutato lumine ſolem.
Eclipſimq̄ꝫ nouam terris effundere cogit.
Deniq̄ꝫ poſt modicum: vas ebulire videbis
Aſpergiq̄ꝫ foras ſubite ſcaturi ignis imbrem.

## Capitulum.lv.

c Piſtites. Ari. Epiſtites lapis ē q̄ ſecuri
tatē a beſtijs ꝓbet. ⁊ ſi mittat̃ in aq̄ bul
lienſ vas: ceſſant ebulitionis ei⁹ ampulle.

## Operationes.

¶Arnol. Epiſtites lapis ē rutilās ⁊ rubicūd⁹. A
et ꝓ pte cordis geſtat⁹ hoīem tutū cuſtodit loca
ſtas ⁊ volucres nebulaſq̄ꝫ ſteriles: grandinē ac
turbinē a fructibꝫ terre cōpeſcit. ⁊ ſoli oppoſit⁹
ignem ac radios emittit. ¶Diaſ. Epiſtites la B
pis rubicūdus ac dilucidus eſt. ⁊ naſcit̃ in co
rimbo. Hic in aquā feruentē miſſus: continuo
tepidiorem eam reddit. ¶Et ſi aliq̄ntulū ſtete C
rit: ibi omnē ardorē tollens frigidam eā facit.
¶Hūc cū aliq̄s in manu dextra ꝯ ſolē tenuerit D
radios emittit ⁊ ignē vomit. ita vt videntes mi
rent̃. ¶Qui ꝓ circa brachiū ſiniſtꝝ cū porta E
uerit: oēs turbas cōtemnit.



## Capitulum .lvi.

f Alcanos. filater⁹. flōgites: ⁊ flogmus. Arnol. Falcanos q̄ ⁊ arſenicū vel auripigmētū dr̄. lapis ē rube⁹ ⁊ citrin⁹.

## Operationes.

¶ Habet q̄ʒ naturā ſulphuris calefaciēdi ⁊ de
A ſiccādi. Si eri apponat̄ trāſmutat illud i albū. Oīa metallina corpa exurit p̄ter aurum.
¶ Idē. Filater⁹ eadē eſt gēma eiuſdē q̄ʒ fructus.
B cui⁹ eſt criſolit⁹. de q̄ ſufficiēter dictū ē ſuperi⁹.
¶ Yſi. Flōgites gēma ē ex pſida. ⁊ hec ē vna ex
C gēmis ardētib⁹ vel criſtallinis oſtentās intra ſe q̄ſi flāmas eſtuātes q̄ nō exeant exterius.
¶ Plini⁹. Flogmus in egypto inuenit̄. auroſum ⁊ flāmineū habet colorem.
D
¶ Idē. Illinit⁹ frōti (flogmū) ſcʒ ſomnū īducit
E



## Capitulum .lvii.

f Errū. yſi. li. iij. Ferrū dr̄ eo q̄ farra. id ē. ſemina frugū condat. Uſus ferri p⁹ alia metalla repert⁹ eſt. Cui⁹ poſtea ſſa eſt i obprobriū ſpēs. Ariſt. in li. metheoroꝝ. iij. Ex vaporibus humidis in terra ſpēs nulla dilatat̄ in percuſſione ſic ferrū. Eoꝝ q̄ʒ eſſe eſt q̄ qñ coartat̄ igneitas ⁊ lapideitas deſiccant̄ ⁊ areſcūt. Idē in li. iiij. Quedā ſunt igne mollificabilia velut ferrū ⁊ cornu. Exit q̄ʒ ferrū ſic molle ⁊ ſcſſibile. Ferrū aūt a calido liquatū coagulat̄ infrigidatū. ipſum q̄ʒ opatū liquat̄ vt humidū fiat: interq̄ʒ coagulet̄. Scoria ꝓo ſubſtat ⁊ deorſum datur. Cū q̄ʒ multotiēs patit̄ ⁊ mundū fit: hoc calibs fit. minus q̄ʒ pōdus eſt emūdati. Meli⁹ q̄ʒ ferrū eſt q̄ minorē purgatiōnē habet.

calibs

## Operationes.

¶ Ex libro de naturis reꝝ. Ferrū frigide naturae eſt durū ſolidū ⁊ incliſiuū: oīa fortitudine ſua domat. et a ſe tm̄ conſumitur. A
¶ Sup oīa metalla corruptelā facili⁹ ꝯtrahit. B
¶ Et etiam cōtecta corruptione inficit. Rauce ſonat: igne ebeſcit ⁊ ductile fit. C
¶ Ex eo fiunt arma diuerſa q̄ʒ inſtrumēta inciſionib⁹ apta. D



## Capitulum .lviii.

g Agates. yſid. Hagates primū in Sicilia inuentus. Hagatis fluminis fluore reiectus. vnde ⁊ nominatus. licet in Britania ſit plurim⁹. Eſt aūt niger. plan⁹ leuis. et ardens igni admot⁹ fictilia in eo ſcpta nō delet̄ Mirū q̄ aqua accendit̄ oleo extinguit̄.

## Operationes.

¶ Ex libro de naturis rerū. Hagates lapis niger eſt ac lucidus. caducis prodeſt accenſus. A
¶ Demones q̄ʒ fugat: aut ſi ꝑ os hoīs obſeſſi loquant̄: fumus eos tacere cogit. B
¶ Idē. Stomachū euerſum iuuat. ⁊ aqua in q̄ triduo iacuerit cito partum libelat. C
¶ Ipſa quoq̄ʒ aqua ſi a puella potet̄ an virgo ſit deprehendit̄. Nam ſi virgo eſt immota manet: ſi corrupta incōtinenti mingit. D
¶ Idem lapis demonib⁹ ⁊ incantationibus reſiſtit. ſerpentes fugat. vnde ⁊ aquila ponit eum in nido ſuo contra ſerpentes. E
¶ Sergius tamen dicit: q̄ hoc facit vt calorem ſuum circa oua temperet. F

G ¶Idem quoqȝ calefacꝰ cõfricationi matricis q̃n ſuffumigat᷑ et ipſo epilenticis ꝯfert. Fumꝰ cius effugat vermes venenoſos.

H ¶Dyaſco. Gagates melioꝛ eſt ille q̃ facile igni exarſerit: ⁊ odoꝛem habet aſpalti.

I ¶Hic aq̃ ſolutꝰ dentes mobiles ꝯfirmat. ad rigoꝛes p̃coꝛdio ꝑ ac doloꝛes ⁊ euerſiões facit.

K ¶Incenſus ſerpentes fugat. Incenditur autez cũ in aqua mittitur ⁊ parturienti de eadẽ aqua per triduum potui datur.

L ¶Demonibꝫ ⁊ oĩbus maleficijs reſiſtit. virginitatem deprehendit.



## Capitulum. lix.

G Alactites ⁊ garamãtites. yſi. Galactites lapis lacteꝰ dr̃ q̃ a tritus reddit ſuccũ albũ ad lactis ſapoꝛem.

## Operationes.

A ¶Feminis nutricĩbꝫ alligatus fecũdat vbera. Infantiũ q̃ꝫ collo ſuſpẽſus ſaliuã ferꝰ facere. In oꝛe aũt liqueſcere ⁊ memoꝛiã adimere.

B ¶Arnol. Galactites lapis eſt cineri ſimilis. hũc mittit milus ⁊ arbolus. dat q̃ lactiſ ſuccum ⁊ ſapoꝛẽ. ⁊ in oꝛe clauſus turbat mentem.

C ¶Collo circũdatꝰ vbera lacte replet. ⁊ femoꝛe ligatꝰ faciles partus p̃bet. Deniq̃ꝫ ſi veſpecti ſale mixtꝰ aqua ouile circũſpargit᷑: oues lacte replẽt ⁊ ſcabies ab eis fugatur.

D ¶Ariſto. Lapis galactides dũ ponit᷑ contra incendiũ ignis extinguit᷑. ⁊ ſi ſupꝰ mulierẽ ſuſpendit᷑ partus egreditur.

E ¶Dyaſ. Lapis galactites coloꝛe cinereꝰ ẽ guſtu dulcis. ſic dictꝰ: q2 tritꝰ coloꝛẽ lacteũ emittit.

¶Hic poſt balneum ieiuno datus cum mulſa vel aqua lactis copiam miniſtrat. F

¶Lactꝰ aũt dr̃: q2 p̃cedẽtia mala in obliuionẽ adducit. vñ ⁊ mulieri difficulter parienti: filo facto de lana ouis circa femur dextꝝ ligatꝰ: moꝛtẽ ſine doloꝛe parere facit. ¶Idem. Faſcina ligatũ doloꝛẽ dentiũ liberat. ⁊ q̃ ſecũ eũ poꝛtauerit. ſi p̃ncipẽ vel aliũ offenſum habuerit in obliuionẽ eũ adducit ⁊ gratioſum reddit. G H

¶Pli. Garamantitẽ aliq̃ vocant lapidẽ qui ⁊ ſandareſius dr̃. de q̃ dicet᷑ inferꝰ. I



## Capitulum. lx.

G Ranatꝰ ⁊ garatiden. Cõſtantinꝰ. Granatꝰ eſt de genere carbũculi. Eſt aũt lapis rubeꝰ ⁊ p̃lucidus. in coloꝛe ſilis balauſtijs. eſt aũt rubeꝰ aliq̃ntulũ obſcurioꝛ carbũculo. Et cũ ſubijcit᷑ ei in ſigillis niger coloꝛ tũc magis rutilat. Et in h̃ genere inuenit᷑ quidã modus. q̃ a intra ruboꝛẽ ſparſus hꝫ viole coloꝛẽ ꝓpter h̃ genus violatum dr̃ ⁊ p̃cioſioꝛ eſt alijs granatis.

¶Alb. Garatiden eſt lapis q̃ fert᷑ eſſe nigri coloꝛis. Pꝛobat᷑ aũt veritas huiꝰ lapidis ſic. Si geſtans lapidẽ totũ corpꝰ ſuũ vngat melle muſcis ⁊ veſpis expõit᷑. ⁊ ſi intactꝰ manet ab eis lapis eſt verus. ⁊ ſi deponit lapidẽ muſce ⁊ veſpe ſup eũ cadũt ⁊ ſugunt.

## Operationes

¶Conſtantinꝰ ⁊ Albertꝰ. Dicũt granatũ letificare coꝛ ⁊ pellere triſticiã. ⁊ eſt ca. ⁊ ſic. ⁊ q̃ q̃dam hũc eſſe de genere iacincti eſt falſum. A

¶Inuenit᷑ aũt lapis h̃ ſm plurimos ĩ ethiopia. ⁊ aliq̃tiens intra tyrum iuxta arenas maris B

C ¶Alb. Aiūt q lapis garatiden in ore portatus facit bū iudicare opiniones ꝛ cogitationes.
D ¶Fert etiā q geſtantē gratioſum reddit hoib⁹. Ita ſib' aſſerit Euax.



# Capitulum. lj.

S Agacromeon. griſolit⁹. ꝛ galatides. Albert⁹. Hagacromeon ē lapis diuerſi coloꝝ ſic pellis capreoli. ¶Idē. Griſolit⁹ ē gēma coloꝝ aurei in hoꝝ matutinis viſu pulcerrim⁹ eſt. in alijs āt horis diſſilis. ab igne āt corrūpit ꝛ fugat. Et vt qdā dicūt inflāmat: ꝛ ideo timere ignē dr. Dicūt aūt alij q eſt aliud gen⁹ iſtius lapidis. q eſt lapis ignobilis ſubſtātie. ꝛ eſt marchaſita aurea q mediū qddaȝ eſt inter metalla ꝛ lapides. Dicit aūt tertiū gen⁹ iſti⁹ lapidis eſſe coloris medij inter ceruleū ꝛ rubeū. Plinius. Galatides velut cinereus eſt guſtu dulcis.

## Operationes.

A ¶Alb. Gargacromeō victores reddit ſe geſtan
B tes. ¶Expertū āt dicūt eſſe ab alchide pncipe qdā: q qties hūc lapidē ſecū hēbat. ſp vincebat in terra ꝛ i mari. qtiēs āt caruit fert hoſtib⁹ ſuccu
C buiſſe. ¶Alb. Griſolit⁹. Virt⁹ h⁹ lapidis ē curare ſcabiē ꝛ vlcera. ꝛ in manu geſtat⁹ colorē fe
D bris mitigare dr. ¶Pli. Galatides lactēter humectat: ꝛ leniter ſtringit. ꝛ ideo facit ad lacrymas oculoꝝ.

# Capitulum. lxij

S Elacies ꝛ gloſopetra. yſi. Gelacies ſiue Galacies lapis candorē ꝛ figurā pſtat grandinis. Duricia qȝ inuicta eſt vt adamas. in igne fert etiā frigus ſuū manere.



## Operationes.

¶Arnol. Galacia lapis oīm tpe frigidus: nec A
vnqȝ caleſit. ¶Ex lapidario. Eſt q candorem B
fert grādinis atqȝ figurā. Ictib⁹ oīmodis inuicta gelacia gēma. Cui⁹ nature vis tanta fore pbat. Vt oīm tpe frigida ſit: nulloqȝ caleſcit ab
igne. ¶Solin⁹. Gloſopetra lapis deficiētib⁹ C
lunis e celo cadit. lingue hūane ſimilis eſt nō modice: vt magi ferunt poteſtatis. q ex ea mot⁹ lunares excitari putant.



# Capitulum. lxiij.

g Ipſum. Dyaſco. ca. de gipſo. Gipſum genus eſt lapidis ſimilis nitro. cuius eſt optimū qḋ habet venas latas. gipſum ꝑo non coctū deſiccatiuum eſt et ſtipticum ei parum plauſticum et collectiuum.

## Operationes.

A ¶ Dyaſ. Fluxū ſanguis ꝛ ſudorē abſtinet. bibi
B tū offocat hoīeꝫ. ¶ Uſtum ꝑo lepromeris eſt. ꝛ deſiccat ꝛ reprimit. cum puſca tritū iniuribꝫ. eſt etiā vt geſſania. ſꝫ amplꝰ ſtipticans et refrigerans fortiter. Unde illinitū fronti ſanguis curſum ſtringit. potatū ꝑo diſſintericis et ciliacꝭ et omni profluo reſiſtit. flos eiꝰ iacit ad ea q̄ in
C ſtantius conſtringere volumꝰ. ¶ Sera. li. ag. cap. Gipſen. Uirtus eius eſt deſiccatiua.
D ¶ Et idem auc. Gal. Nō adminiſtratꝰ niſi exterius. et ſtus eiꝰ eſt q̄ deſiccat et ꝯglutinat ꝛ opilat. Et h̄ ideo: q: ipm facit aggregationē partiū cito. et ꝯuenit fluxui ſanguis qn̄ miſcetꝰ cū medicinis ſiccis. quia gipſum eſt durū ſic̄ lapis. et ideo oportet ꝙ admiſceatꝰ cū albumine oui.
F ¶ Et fit multū ſtipticū qn̄ miſcetꝰ cū puluere molendini. q̄ aggregatꝰ qn̄ euolat ex farina frumēti ſup muros molendini et pilis leporis.
G ¶ Et qn̄ adurītꝰ minuitꝰ de viſcoſitate ſua et augetꝰ ſubtilitas ſua et ſua denſio. et fit ſtipticum maxīe qn̄ ꝯficitꝰ cū aqua et aceto.



## Capitulū. lxiiii

b Yena ꝛ hyeratides. yſi. Hyena lapis eſt q̄ in oculis hyene beſtie inuenitꝰ. Qui ſi ſub lingua hoīs ſubditꝰ fuerit: futura cū ꝑcinere dicūt. ¶ Ariſto. in li. de animalibꝫ. Gemmā hyena portat ī oculis Uel vt aliqui dicunt in fronte.

## Operationes.

A ¶ Uarietas multiplex colorūqꝫ mutatio ineſt oculis hyene. in q̄ꝝ pupillis inuenitꝰ lapis quē
B dicūt ꝑdicēdi futura ꝑditū ꝑtāte. ¶ Ex lapidario. Tollitꝰ ex oculis lapis extollendꝰ hyene. Uariꝭ dicū munere dicūt inferre gerēti. Que queat ībusꝰ ꝑcinere queqꝫ futura. Sub lingua loto
C ſi ꝯtineatꝰ in ore. ¶ yſi. Hyeratides eſt lapis ac
D cipitris coloris ſīlis. ¶ Ariſto. in li. de aīalibꝫ. Hyeratides lapis ſi ab homie geſtetꝰ a muſcis
E vel apibꝫ nō mordetꝰ. ¶ Amol. Hyeratides lapis eſt niger: quē q̄ in ore geſtauerit magꝭ cogitationum ꝛ opinionū index efficitꝰ. ꝛ amabilis
F redditꝰ. ¶ Sic āt ſtus eiꝰ ꝑbatꝰ. corpꝰ geſtantis ſi nudū melle fuerit inunctū ꝛ muſcis expoſitū intactū relinquēt ipm. ac ſi lapis ab eo auferatur ſuggent atqꝫ corrūpunt corpꝰ



## Capitulū. lxv.

i Iacinctꝰ. Ex li. de na. re. Iacinctꝰ eſt lapis ceruleꝰ: in obſcuro nubiloſus. in ſereno clarus. ita ꝙ aera ſentire ḋr. ꝑ optimꝰ eſt ille q̄ nec nimiū clarus nec nimis obſcurꝰ. Eſt aūt frigidiſſimꝰ. et hoc magis ſi mittatꝰ in os. Solidiſſime qꝫ duricie eſt: ita ꝙ findi vel ſculpi recuſat. ¶ Dyaſco. Iacincti vt dictū eſt: ſpecies ſunt tres. inter quas granati ſunt meliores. q̄ iuxta ignem magis rubicundi fiunt. Et ſi aliqua ibi fuerat nigredo tollitur. veneni ꝑo nō patiuntꝰ ignē. ¶ Serap. Eius ſunt tres ſpecies. Una eſt coloris rubei.

Scđa eſt coloris citrini. Tertia eſt coloꝝ caſ
bali ꝛ coloꝝ an monij. ꝛ rubeꝰ eſt melioꝝ aliis
Et qñ incendit̃ ſup eū ignis rubeſcit multum
¶Alb. in ſuo lapidario. Jacinctoꝝ duo ſūt geſ
nera. aquaticꝰ ieꝫ ꝛ ſaphirinꝰ. Aquaticꝰ eſt flaſ
uus albeſcēs. Saphirꝰ aūt eſt flauꝰ valde pluſ
cidus: qſi nihil habens aquitatis.

## Operationes.

A ¶Albertus. De expertis eſt ꝙ eſt frigidus ꝛ cōſ
fortat corpora ſicut omne frigidum quod ſtrinſ
git virtutem corporum intus.

B ¶In de ligaturis phiſicis autẽ dr̃ ꝙ collo ſuſ
ſpenſus vel digito portatus tutum reddit perſ
egrinum: et gratum hoſpitibꝰ.

C ¶Et valet contra peſtiferas regiones. Et exſ
pertum eſt ꝙ ſomnum prouocat propter ſuam
frigidam complexionem.

D ¶Saphirinꝰ aūt ſpecialiter ħ hīc dr̃: ꝙ ſtus
eiꝰ eſt ꝯtra toxicū. Aiunt etiā ꝙ ꝯferet diuitias:
ꝛ naturalr̃ ingeniū bonū reddit ꝛ leticiā cordis

E ¶Serap. Eſt aūt ſtus iacincti ꝙ ꝙ portaueſ
rit ſecū ipm ante ſigillationē factā cū eo fit tuſ
tus a fulgore: ita ꝙ nō cadit ſup eum. Virtus
hec eſt multū diuulgata inter hoīes.

F ¶Auic. de viribꝰ cordis dic̃ ꝙ ꝯfortat cor.



## Capitulū. lxvj.

i Aſpis. Alb. Jaſpis eſt lapis multoruꝫ
coloꝝ. ꝛ hꝫ ſpēs decem. Melior tamen
eſt viridis traſparens: habens in ſe venas ruſ
beas. Debet aūt in argēto ꝓprie ligari. Hic in
multis partibꝰ inuenit̃.

## Operationes

¶Helynandus libro decimo. Jaſpis optimꝰ A
eſt viridi tranſlucentiqꝫ colore.

¶Caſte geſtatꝰ fugat febres ꝛ ydropem. B

¶Appoſitusqꝫ iuuat mulierem parturientem. C
Vis aūt eius fortior ē in argento

¶Ariſ. Lapis clarificat viſum hoīs: ſanguinē D
ſtringit. ꝛ ſi ſup mulierē ē partū eius ſoluit.

¶Arnol. Jaſpis eſt gemma multoꝝ coloꝝ. ſed E
optimus eſt viridis et tranſlucens. de multis
partibꝰ traſmittit̃. hominē tutū facit.

¶Et fantaſmata pellit. luxuriam qꝫ cohibet. F
ꝛ ꝯceptū prohibet. Eſt aūt virtus eiꝰ ꝯ fluxum
ſanguinis ꝛ menſtruoꝝ.

¶Phus. Si qs autem inuenerit iaſpidem viſ G
ridem ꝛ in eo crucem: habet virtutem vt ferens
ipſum non mergatur.

¶Itaqꝫ Galienū in digito portaſſe fertur hūc H
lapidem.

¶Item iaſpis habet virtutem ꝯtra oēs iniſ I
micos. ꝛ pellit fantaſmata.



## Capitulū. lxvij.

i Ris. Alb. Iris criſtallo eſt ſilis. Et eſt
vt frequentiꝰ exagonus. Dicūt āt Enax
ꝙ de arabia venit. ꝛ in mari rubro naſcit̃. Nos
āt inuenimꝰ maximā copiā hoꝝ lapidū in monſ
tibꝰ germanie q ſūt inter renū fluuiū ꝛ Treueſ
renſem ciuitatē. ꝛ diuerſe qntitatis oēs ſunt
exagoni. In aliqs aūt lapidibꝰ cū naturaliter
ſunt rotūdi exagoni efficiunt̃ ſicut foramina apū
in medio poſita: exagona efficiunt̃. cū illa que
ſunt in extremis ſunt rotunda.

### ¶ Operationes.

A ¶ Eſt āt lapis ſicciſſim⁹ qd̄ ſua indicat ſubtili-
tas maxima. Fit āt ex aqueo ſucco q̄ euadit de
materia lapidis. q̄ generatur in luto rubeo.
B ¶ Et q: h̄ aqueū vehemēter a ſicco apphenſū eſt
C ſicc⁹ ⁊ durus lapis valde. ¶ Cū aūt ſub tecto ſo
li ei⁹ ps immittit. ⁊ ps ei⁹ in vmbra tenet: pijcit
reflectēdo pulcerrimos colores yridis ſup op-
poſitū parietē. vel ſup aliqđ corp⁹ ꝓpter qđ yris
D vocat. ¶ Aliqđ āt ſil'e huic naſcit in gypſo qđ ē
pſpicuū in extremis ⁊ ſciſſibile valde. ⁊ vtunt
eo ꝓ vitro quidā in vitris.



## Capitulum. lxviij.

i Scultos ⁊ Jena. Alb. ⁊ yſi. Jſcultos
eſt lapis croco ſilis. Lapis ī vltimis hy
ſpanioꝝ ptibꝫ freq̄nti⁹ inuenit iuxta gades her
culis. in. iij. ⁊. ij. climatibꝫ iuxta hyſpaniā illam
quā modo hyſpaniā vocam⁹.

## Operationes.

A ¶ Eſt āt lapis filabilis ꝓpter viſcoſitatē i eo are
B factā. ¶ Et ſi de eo fiat veſtis nō cōburit: ſed ex
C igne purgat ⁊ nitet. ¶ Et forte illud qđ germa-
ni vocāt ſalamādre: q: hec lanugo q̄ inde colli
git eſt ſic lanugo lapidis humidi. q̄re āt nō cre-
mat in melhcoroꝝ expeditū eſt. Hui⁹ ſpeciem
quandā dicūt eſſe quendā lapidē q̄ q̄dam vocāt
carbunculū albū. Jmitat carbunculū in hoc
D q: fantaſmatibꝫ ⁊ plagijs reſiſtit. ¶ Valet ꝯ do
E lorē oculoꝝ ex hūida cauſa. ⁊ redact⁹ i puluerē
F ſanat ſcabiē. ¶ Jtem yſi. dicit de lapide iſto q: ē
albꝰ ad modū glandis in q̄ntitate. ¶ Albert⁹.
Jena eſt lapis a beſtia q̄ iena vocat. ſic dictus
eo q: oculi ei⁹ in lapidē vertunt totaliter.

¶ Aiunt aūt Enax ⁊ Aaxen. q: poſit⁹ ſub lin- B
gua ꝓfert diuinādo dicere futura.



## Capitulum. lxix.

k Acabrates. Kamaz. ⁊ Kenne. Al
bert⁹. Kacabrates eſt lapis ſimi-
lis criſtallo.

## Operationes.

¶ De eo fert q: eloq̄ntiā dat ⁊ honorē ⁊ grāz. va- A
let ꝯ hydropiſim. ¶ Jtem Alb. Kamaz eſt la- B
pis freq̄nter albꝰ in toto vel in pte. vari⁹ eſt i co
lore. ⁊ freq̄ntiſſime inuenit immixt⁹ onicinio.
¶ Virtuſqꝫ ⁊ fertur ex ymaginibꝫ ⁊ ſcripturis q̄ C
inueniunt in ipo ⁊ ex ſigillis. ¶ Enax i lapida- D
rio ſuo. Kenne eſt q̄dā lapis multū car⁹ regi-
bus. q̄ generat in oculis ceruoꝝ in oriēte. q̄ cū
ſerpētes comedūt deponētes ſeniū vt fortiores
fiāt intrāt flumē vbi morāt imerſi vſqꝫ ad ca-
put: tādiu q̄uſqꝫ ſentiāt ꝑtutē veneni ſeparatā
in terra lacrimā emittūt. q̄ coagulata i oculis
interdū vſqꝫ ad magnitudinē nucis deſiccat:
donec cadat cū de flumie exierint. ⁊ ſic inuenit.
Et hec de venenoꝝ tyriaca.

## Capitulum. lxx.

k Arabe. Pan. ca. cccxxviij. Karabe eſt
gūmi arboris vt gēma vn̄ annuli fiunt.
vnde electrū ſuccinū ⁊ karabe ſub eodē ponūt.
q: electrū eſt karabe ⁊ ſuccinū eſt karabe.

## Operationes.

¶ Vn̄ habem⁹ ab Alexandro cap̄ de Diſſinte- A
ria trociſcos dialectrū. ¶ Jtē Seru⁹ ſup buco
licō Virgilij in egloga paſtoꝝ dic̄ q: electrū eſt



C post ſuccinū. ¶ Itē Caſſi⁹ felix tra. de trociſcis
dicit. Trociſcus de ſuccino. et eſt electꝫ et de/
D ſcribit trociſcos de karabe. ¶ Aui. in li. de viri/
bus cordis. Karabe ca. eſt in. i. ſic. in. ij. Aliqui
E volūt q̄ ſit fri. ¶ Actor. De karabe inuenies ſu
peri⁹ in tractatu de herbis. ca. ccxxxvij. de K.
quare lector ibidē recurrat ⁊ inueniet ei⁹ ꝟtutē
⁊ opationē.



## Capitulū. lxxi.

l Azuli latine. Ara. bager alzenard
ſiue elezanard. Sera. li. ag. ca. ba/
ger alzenard. Oportet q̄ eligat̄ ex
eo cuius color ē celeſti͛ multū cū corpuſculis au
reis. ⁊ lenis eſt ſine aſperitate: ⁊ ſine admixtiōe
alteri⁹ lapidis. ⁊ q̄ nō frangit̄ facile. ⁊ cui⁹ fru/

ſta ſūt mag. ¶ Jo. me. c. ꝺ lapiſ de lazuli. Lapis
lacrul⁹ vel ſtellar⁹ vel lazuli ē de gn̄e marinoꝝ
hn̄s maculas ex auro. ⁊ eſt ali⁹ albꝰ. Et ꝺr lapis
markaſita. ⁊ ali⁹ indus clar⁹ celeſti͛. Et de lazuli
⁊ q̄nq̄ʒ minera fert vtrūq̄ʒ ſimul. ⁊ melior eſt cu
ius color eſt viridior in colore azuli. ⁊ hꝫ macu/
las aureas ⁊ mixt⁹ cū markaſita eſt nō bon⁹ et
nō macular⁹: ⁊ ſūt lenis. ca. eſt in. ij. ſic. in. ij.

## Operationes.

A ¶ Sera. Virtus ei⁹ ē ſilis glutini auri: niſi q̄
eſt debilior eo. ⁊ facit naſci pilos in palpebris.
B ¶ Et idē auc. Gal. Eſt i eo ſtipticitas cū acui/
tate pauca. Et ꝟt⁹ ei⁹ eſt q̄ deſiccat ⁊ infrigidat
etiā palpebras q̄ depilāt̄ ꝑpter aliq̄s humores
acutos. ⁊ remanēt q̄ i eis nō augēt̄ pili nec mul
tiplicant̄. ⁊ ſūt ſubtiles ⁊ debiles Et h̄ q̄ lapis
lazuli in his loci͛ deſtruit humiditatē ipoꝝ hu/
moꝝ. ⁊ imutat ſupfluitatē ad cōplexionē ſuā ra
dicalē cū q̄ fit gn̄atio piloꝝ palpebraꝝ.
C ¶ Et oportet q̄ ad h̄ terat̄ ad multū ⁊ adminiſtre
D tur in puluere. ¶ Et idem. Qn̄ ſuſpenditur ad
collū infantis remouet ab eis timores. ⁊ facit
E hirtos capillos. ¶ Item hꝫ ꝟtutē aduſtiuam et
putrefactiuā. ⁊ ideo aufert ferrucas. ⁊ qn̄ ſumi
tur interi⁹ laxat hūorē melācolicū. ⁊ mūdificat
F ſanguinē ab hūoribꝰ groſſis. ¶ Et doſis ei⁹ eſt
a. iiij. krat vſq̄ʒ ad. ʒ. i. qn̄ miſcet̄ cū aliis medi/
G cinis laxatiuis. ¶ Et cōuenit pl⁹ dolori renū et
aſmati. ⁊ qn̄ ſumit̄ in potu: aut fit naſcale cū eo
H ꝓuocat mēſtrua. ¶ Et potus ei⁹ cōmouet nau/
ſeam ⁊ vomitū. ſꝫ ablutio ei⁹ remouet h̄ ab eo.
I ¶ Auic. de viribꝰ cordis dic. q̄ ꝯfortat cor.



Biblioteca Pública de

## Capitulum .lxxij.

Acteus ꝛ lincis. Auic. in li. ij. cap. ꝓprio.
l Lapis lacte⁹ eſt lapis ꝗ cũ fricatꝛ aqua egreditꝛ ex eo ꝗddã ſicl lac. ꝛ hꝯ ꝗdez lapis eſt cinerei coloris dulcis ſaporis.

## Operationes.

A ¶ Auic. Teritꝛ cũ aq̃ ꝛ ſeruatꝛ qđ reſoluitꝛ ex eo i pixide de plũbo ꝯuenit in initio apoſtematũ.
B ¶ Et fit ex eius fricatiõe alcobol. ¶ Et ꝓhibet
C curſum ſupfluitatũ ad oculũ ꝛ vlcera in ipſo
D accidẽtia. ¶ Enax in lapidario ſuo. Lincis eſt lapis. ꝛ fit de vrina lupi ceruarij micta ꝛ i montibꝰ coagulata. ꝗ in domo ſeruatꝰ generat optimos fungos ſup ſe ꝗlibet anno. ¶ Dicitꝛ valere
E ꝯ dolorẽ ſtomachi: ꝛ yctericiã: ꝛ fluxũ ventris.



## Capitulũ .lxxiij.

l Litargirum latine. Arabice ꝛ grece marecber. Sera. li. ag. ca. marecbet. auctor. Dyaſ. Quoddã ex eo eſt qđ fit ex vena plũbea. ita ꝙ inflãmatꝛ donec fiat ſicut ignis. ꝛ diſſoluitur donec aduratꝛ ꝛ poſtea coagulatꝛ. Et ex eo eſt qđ fit ex argẽto. ꝛ ex eo eſt qđ fit ex plumbo: qđ fit ex eo lamine. ꝛ aduritꝛ pꝰ eiꝰ. Et de eo ẽ cuiꝰ color eſt rubeꝰ ſplendẽs. ꝛ eſt aureũ. ꝛ eſt meliꝰ alijs. ꝛ ex eo eſt purpurei coloris. ꝛ ẽ argẽteũ. Eſt aliꝰ modus factiõis litargiri: quẽ in iuuẽtute mea vidi ſardinie fieri: vbi argentũ ꝛ plũbũ ſimul colabantꝛ. ꝛ eſt verior modus.

## Operationes

